
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

DE CONTIONIBUS, QUAS CASSIUS DIO HISTORIAE SUAE INTEXUIT, CUM THUCYDIDEIS COMPARATIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT


ERNESTUS KYHNITZSCH

LIPSIENSIS.

LIPSIAE

TYPIS M. HOFFMANNI

1894.


AUG 8 1902

IUSTO HERMANNO LIPSIUS
SACRUM.

Inter imitatores Thucydidis, qui numero permulti[1]) primis plerique post Chr. n. saeculis floruerunt, Cassium Dionem Cocceianum primum facile locum tenere iam vetustiores Thucydidis editores cognoverunt. Nam et Poppo et Bloomfield, quorum uterque explicandae Thucydidis historiae egregiam navavit operam, in commentariis editionum quas emiserunt, ad magnum talium locorum numerum animum attendi iusserunt, qui sive eadem ratione dicendi usurpata sive sententia mutuata redeant in Cassii Dionis libris de Romanorum rebus scriptis. Accesserunt per annorum cursum symbolae aliae ab aliis factae, quas omnes deinceps enumerare supersedeo.[2]) Nemo tamen adhuc hoc sibi proposuerat, ut continua disputatione de Cassio Dione Thucydidis imitatore exponeret ita, ut quantum qualeque omnino Dionis esset imitandi studium, patefieret Qua de causa egomet id munus susceperam, ut contexte dissererem de Thucydidis imitatione quatenus appareret in contionibus, quibus Dio secutus morem suae aetatis scriptorum doctrina sophistica rhetoricaque instructorum opus suum ornavit — hac maxime causa commotus, quod in eis componendis imprimis Dio Thucydidis memoriae indulsit.

Infelicissime autem accidit, ut paulo priusquam quaestionem propositam ad finem perduxissem, in lucem prodiret Aemilii Litschii dissertatio inauguralis, quae inscribitur „De Cassio Dione imitatore Thucydidis" (Friburgi Brisigaviae 1893), cuius capite altero partem haud parvam eorum quae inquisi-

---

[1]) cf. Popponis ed. mai. vol. I. 1, p. 355 seqq. Goelleri ed. vol. I, p. 53.

[2]) Haud pauca ex. gr. attulerunt Krueger et Classen in adnotationibus edit.; Cobet in Mnemos. nov. ser. vol. VII; Naber ibid. vol. XIV.

tione satis laboriosa investigasse mihi videbar, praereptam esse vidi. De hac dissertatione accuratius iudicium ferre non meum est. Sed illud explicandum est, cur Litschiano opusculo pertractato non superfluum esse existimaverim iterum eandem quaestionem adire.

Atque primum quidem Litschius quae indagavit ita disposuit, ut quantum Dio unicuique contioni Thucydideae debeat demonstraverit. Tali vero disputandi modo adhibito censeo nil cognosci posse de Dionis ratione imitandi, utrum nonnisi passim quae forte Thucydidea memoria tenebat suis commiscuerit an consulto quasdam partes operis sui ad exemplum Thucydidis composuerit. Propterea equidem ita rem institui, ut contiones Cassianas continente oratione amplecterer singulas.

Iam arbitror ex comparatis amborum orationibus nonnulla posse repeti ad contextum verborum huius aut illius vel explicandum vel emendandum. Quamquam recte hac in re Litschius adversatus Nabero monuit magnam adhibendam esse cautionem, persuasum tamen mihi est e similitudine multorum fructum posse capi locorum, quos ille laudavit arte critica non adhibita; etsi saepenumero hoc solum efficitur, ut quaedam lectio aut libris servata aut a viro aliquo docto commendata Dionis imitatione vel vice versa Thucydidis verbis insuper confirmetur.

Adde tertium. Nam Litschio, siquidem non in contionibus solis insudavit, sed ad totum opus et Thucydideum et Cassianum eius studium pertinet, accidit, ut haud pauca eum fugerint, quae perspicue Dio e Thucydideis orationibus exscripsit. Equidem opera in rhetoricis solis partibus consumpta perscrutandis omnia me spero eruisse quae Dio, cum eas elaboraret, Thucydidea sibi vindicaverit. Atque quae nova inveni praeter Litschiana, asterisco notavi.

Multa eorum quae laudabo Thucydidea, alii quoque posterioris aetatis scriptores, ut Appianus, Arrianus, Dionysius Halicarnassensis, Procopius Caesariensis in suum usum converterunt, id quod de singulis accuratius persequi a provincia mea procul abesse iudicavi.

Materiam sic disposui, ut eis contionibus principatum concederem quae plurima ad officium meum spectantia porri-

gerent. Ceterum vero nolui dirimere quae vinculo quodam necessario inter se coniunctae sunt, ut epitaphios quos duos composuit Dio, orationes Maecenatis et Agrippae ad Octavianum habitas priusquam imperium susciperet, adhortationes Octaviani et Antonii ante pugnam Actiacam ad milites factas.

Adnotationes quoniam, quae est opusculi mei ratio, earum partes non sunt mediocres, a disputatione ipsa separare nolui.

Editione Thucydidis usus sum Stahliana, Dionis Dindorfiana, nisi quod fragmenta attuli e Melberi collectione, quae exstat in eius ed. vol. I.

Quibus praemissis rem ipsam aggrediamur.

Initium capiamus ab ea oratione quae legitur D. C. XXXVIII 36—46, quippe quae de omnibus quamvis minime amplissima longe plurimas praebeat imitationes. Habitam vero eam esse a Caesare convocato consilio Dio narrat, cum bello Gallico milites ingenti statura, multitudine, audacia Germanorum perterriti animo deficerent seque illum relicturos esse minarentur.

Atque statim c. 36 § 2 observamus Caesarem, postquam generalem in modum diversitatem rerum publicarum et privatarum significavit, apud duces similiter verba facere atque Periclem apud Athenienses in illa oratione notissima Thuc. II, 63, 3, quam habuit sui purgandi causa, cum illi belli malis non minus quam pestilentia vexati acriter in eum ut auctorem belli inveherentur. Dicit autem Caesar:

δεῖ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἰδίοις δραστηρίους εἶναι· τὸ γὰρ ἐπιεικὲς οὐκ ἐθέλει μὴ καὶ ἐκ τούτου σώζεσθαι[1]). *οὐ μὴν ἀλλὰ ἀνὴρ μὲν ὅστις ἀπραγμονέστατός ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατος εἶναι δοκεῖ, πόλις δέ, ἄλλως τε καὶ ἀρχὴν ἔχουσα, τάχιστ' ἂν ὑπὸ τοῦ τοιούτου καταλυθείη.*

In his priori parti *δεῖ μὲν . . . . σώζεσθαι* verba Periclis respondent haec:

τὸ γὰρ ἄπραγμον οὐ σώζεται μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον[2]) —

---

[1]) His locis comparatis evidenter confirmatur lectio tradita *τὸ γὰρ ἐπιεικὲς οὐκ ἐθέλει μὴ καὶ ἐκ τούτου σώζεσθαι* (id quod iam Poppo videtur censuisse, cum ed. Thuc. mai. vol. I, 1 pag. 367 eosdem contenderet locos), quam Dindorfius in textum recepit, et demonstratur coniecturam Reimari post *ἐθέλει* interponentis „*εἰ*" probatam Sturzio necnon, id quod multum miror, Melbero in novissima Dionis editione vanam esse. Verbum *ἐθέλειν* hoc loco vim eius, q. e. „können, pflegen" usurpat, quam exemplis comprobare superfluum est.

[2]) cf. etiam Dionis fragm. 7, 1 (Melber I, pag. 14): *οὐδέ ἐστι τὸ ἄπραγμον ἄνευ τοῦ δραστηρίου σωτήριον.*

cum Cassiana q. s. πόλις δὲ . . . καταλυθείη manifesto spectent ad Thucydidea illa

τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι (sc. ἀπράγμονες) . . . ἀπολέσειαν — et paulo infra

οὐδὲ ἐν ἀρχούσῃ πόλει ξυμφέρει (sc. τὸ ἄπραγμον). —

Eis quae sequuntur apud Dionem § 4

* λογίζεσθε γὰρ . . . ὅτι δεῦρο ἤλθομεν αὐτοί τε τοσοῦτοι καὶ τοιοῦτοι ἔκ τε τῆς βουλῆς καὶ ἐκ τῶν ἱππέων ὄντες, καὶ πλῆθος πολὺ στρατιωτῶν χρήματά τε ἄφθονα λαβόντες

Caesar ingentem eximiumque exercitum Romanorum ostendit. Similiter Archidamus ante primam Lacedaemoniorum in Atticam invasionem in Isthmo apud milites praedicat (Thuc. II, 11, 1): ὅμως δὲ τῆσδε οὔπω μείζονα παρασκευὴν ἔχοντες ἐξήλθομεν . . καὶ αὐτοὶ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι στρατεύοντες. —

Tota autem sententiarum series, quae apud Dionem finem facit primi contionis capitis:

ἰδίᾳ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν εἷς οὕτως εὖ πράξειεν ὥστε μὴ οὐ τῷ κοινῷ πταίσαντι συναπολέσθαι· τὸ δὲ δημόσιον εὐτυχοῦν πάσας καὶ τὰς ἑκάστου συμφορὰς ἀναφέρει —

perspicue debetur Thucydidi, apud quem (II, 60, 3 et 4) Pericles in prooemio orationis supra laudatae in hunc modum contionatur:

καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνὴρ τὸ καθ' ἑαυτὸν διαφθειρομένης τῆς πατρίδος οὐδὲν ἧσσον συναπόλλυται, κακοτυχῶν δὲ ἐν εὐτυχούσῃ πολλῷ μᾶλλον διασώζεται. ὁπότε οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας συμφορὰς οἵα τε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος, πῶς οὐ χρὴ . . . e. q. s. —

Capitis quod sequitur 37 paragrapho prima admonitionis suae Caesar hanc affert causam:

* ὅτι τινὰς τῶν στρατιωτῶν ᾔσθημαι αὐτούς τε θρυλοῦντας ὡς οὐ προσήκοντα τόνδε τὸν πόλεμον ἀνῃρήμεθα.

Ne tale quid suspicentur, similibus usus verbis Hippocrates ante pugnam cum Boeotis committendam Atheniensium exercitum monet (Thuc. IV, 95, 2): παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. —

Iam imperator duces iubet adhortari milites ita, ut in memoriam eis redigant maiorum exemplum. Continent igitur ea quae sequuntur satis multa morum descriptionem veterum

Romanorum, in qua instituenda Dio haud pauca Thucydidea in suum convertit usum. Uberiore enim modo imitatus est, ne dicam exscripsit primi Thuc. libri caput 70, quo Corinthii apud Lacedaemonios contionati clarissimam illam notationem morum et Atheniensium et Spartiatarum orationi suae inserunt. Videamus autem singula.

Cassianis § 3 his:

λέγετε τοίνυν αὐτοῖς ὅτι οἱ πρόγονοι ἡμῶν οὐκ οἴκοι μένοντες, οὐδὲ τὰς στρατείας ὀκνοῦντες, οὐδὲ τοὺς πολέμους φεύγοντες . . . τηλικαύτην τ. πόλιν ἐποίησαν *

respondent Thucydidea § 4

καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους.

Pergit Caesar: *

— ἀλλὰ ταῖς γνώμαις πάντα τὰ προσήκοντα προχείρως τολμῶντες καὶ τοῖς σώμασι πάντα τὰ ἀρέσαντα προθύμως ἐκπονοῦντες

quibus totius partis perspicua quam observamus imitatione motus equidem pro certo habeo Dionem sensu paululum mutato brevissimaque dictione Thucydidea effuse, id quod saepius solet facere, explicata Corinthiorum verba expressisse haec (§ 2):

οἱ μέν γε . . . ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν.

Sequunter apud Dionem § 4

καὶ τὰ μὲν ἴδια ὡς ἀλλότρια ἀεί ποτε παραβαλλόμενοι *

quae procul dubio spectant ad Thuc. § 6

ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται · porro

τὰ δὲ δὴ τῶν πέλας ὡς καὶ οἰκεῖα ἑτοίμως κτώμενοι *

in quibus latent Thuc. § 7

ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐξέλθωσιν, οἰκείων[1]) *στέρεσθαι ἡγοῦνται —*

denique Dio verba q. s.

καὶ μήτε εὐδαιμονίαν ἄλλο τι ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν νομίζοντες, μήτε δυστυχίαν ἄλλο τι ἢ τὸ μετ᾽ ἀπραξίας[2]) *ἡσυχάζειν ἡγούμενοι*

---

[1]) sic cum libris C E G scribam.

[2]) *εὐπραξίας* hoc loco libris servatum ineptum est imprimis propter praecedens *δυστυχίαν*. *ἀπραξίας* nunc recte legimus, id quod loco Thuc.

verbotenus fere e Thucydide (§ 8) mutuatus est

> *διὰ τὸ ... μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι*[1]) *ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα ἢ ἄλλοι*[2]) *ἀσχολίαν ἐπίπονον.* —

Porro § 5 venimus ad eam contionis partem, in qua et disponenda et elaboranda exemplo fuit scriptori Periclis epitaphius Thuc. II, 35—46. Atque ut priore loco de ratione dicam qua materiam disposuit uterque historicus, et Pericles et Caesar animos eorum qui audiunt, excitare student et admonere, ne rebus adversis bello illatis nimium affligantur neve supra modum timori seu dolori indulgeant. Uterque autem orator sic munere suo optime fungi sibi videtur, ut auditores pristinam ipsorum maiorumque virtutem et veterem civitatis gloriam commonefaciat. Incipit igitur a proavis Pericles (Th. II, 36, 1) his: *ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον* — Caesar (D. C. c. 37, 3) ita: *λέγετε τοίνυν αὐτοῖς ὅτι οἱ πρόγονοι ἡμῶν* ... e. q. s. Tum transeunt ad maiorum progeniem, maxime suos aequaliumque patres: (Th. 36, 2) *καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν* — (D. C. 38, 1): *καὶ αὐτοὺς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα Ῥωμαῖοι οἵ τε πατέρες ἡμῶν ζηλώσαντες* . . — Denique de ipsorum rebus gestis faciunt

---

(*ἡσυχίαν ἀπράγμονα*) demonstratur, correctum ab Oddeyo Britanno (in Stephani ed.). Postulatur etiam necessario vis eius q. e. „unthätig“ opposita notione „thätig“, quae inest in *τα δέοντα πράττειν.* Atque cum iam Reiskius Oddeyi coniecturam acceperit causisque in editione sua prolatis fulserit, miror quod Sturzius eo neglecto iterum illud *εὐπραξίας* in textum recepit, qua re auctor haec exponendi mihi exstitit.

[1]) Haec q. s. *ἄλλο τι* post *ἑορτὴν* lecta a Kruegero in suspicionem vocata sunt. Cuius causas afferre supersedeo explicatas et in „Krit. Analekten“ p. 138 et in Thuc. ed. adn. ad hunc locum, satisque habeo Dionis locum comparare quo servetur illud *ἄλλο τι.* Accedit quod Kr. ipse fatetur Origenem idem nostro loco legisse. Praeterea vero arbitror eum desiderantem *μᾶλλόν τι* nimis subtiliter accepisse vocem *ἑορτὴν*, cum interpretaretur „ein Fest vorzugsweise“. Quae saepissime sensu latiore valet „Feier, Vergnügen“, id quod iam Reiskius docuit (cf. Popponis ed. min. adn. ad nostrum locum). De hac significatione conferas Theocrit. 15, 26 (*ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά*) seu, ut pedestris quoque orationis scriptores laudem, Plut. Mor. pag. 9 C, qui inter se opponit *ἐνεργοὶ πράξεις* et *ἑορταὶ*; Xen. Eph. I, 10, p. 17: *ἑορτὴ ἦν ἅπας ὁ βίος.*

[2]) sic cum Bonitzio („Beiträge zur Erkl. des Th.“) scribendum esse censeo.

verba: (Th. 36, 3) *τὰ δὲ πλείω αὐτὴν*[1]) *αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες . . . ἐπηυξήσαμεν* — (D. C. 38, 3): *ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι . . ἀργεῖν . . . εἵλοντο, οὔτ' αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι οἱ καὶ νῦν ἔτ' ὄντες* . . . e. q. s. —

Iam aggrediamur singula. Audiamus Caesarem (c. 38, 1): *καὶ αὐτοὺς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα Ῥωμαῖοι οἵ τε πατέρες ἡμῶν ζηλώσαντες οὐκ ἠρκέσθησαν τοῖς παροῦσιν, οὐδ' ἠγάπησαν οἷς παρέλαβον . . . . . . καὶ φοβηθέντες μὲν μὴ μείναντα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτὰ*[2]) *κατατριφθείη καὶ καταγηράσειεν . . . . . . πολλῷ πλείω καὶ μείζω προσκατειργάσαντο* *

(quorum extrema iterum § 3 habes: *πολλὰ δὲ καὶ προσεκτήσαντο.*)

Eandem Thucydides praebet mentem II, 36, 2:

καὶ ἐκεῖνοί τε (sc. *οἱ πρόγονοι*) *ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν· κτησάμενοι γὰρ πρὸς οἷς ἐδέξαντο ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς νῦν προσκατέλιπον*

et VI, 18, 6 in Alcibiadis illa contione, qua Athenienses impellit ad expeditionem Siciliensem:

νομίσατε . . . τὴν πόλιν, ἂν μὲν ἡσυχάζῃ, τρίψεσθαί τε αὐτὴν περὶ αὑτὴν ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ πάντων τὴν ἐπιστήμην ἐγγηράσεσθαι.

Quae sequuntur apud Dionem § 3

οὔτ' αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι οἱ καὶ νῦν ἔτ' ὄντες *
(sc. *ἀργεῖν . . ἀκλεῶς . . εἵλοντο*)

aperte memoria loci Thuc. (II, 36, 3) supra laudati nisus scripsit auctor

αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ[3]). —

---

[1]) *αὐτὴν* pro tradito *αὐτῆς* Popponem secutus lego. (cf. ed. min. adn. ad loc.)

[2]) Tradita sunt *ἐφ' ἑαυτά*, quae tamen per linguae leges neque ad *μείναντα* neque ad *κατατριφθείη* possunt referri. Qua de causa iam Reimarus mutari iussit vel in *ἐφ' ἑαυτῶν* ita ut spectent ad praecedentia, vel in *ὑφ' ἑαυτῶν*, quae coniungenda sint cum verbo *κατατριφθείη*. Haud scio an motus loco Thucydidis quem attuli, quem Dioni exemplo fuisse non infitiaberis, melius scribas apud Dionem et ipsum *περὶ ἑαυτά*.

[3]) Cobet v. l. p. 298 verba *οἱ νῦν ἔτι ὄντες* delere studet, id quod eum iniuste fecisse docent et Herbst (Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. 3, p. 57) et noster locus Dionis. Ceterum respondent Cassianis *αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι* plane Thucydidea *αὐτοὶ . . . ἡμεῖς μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ.*

Jam transeamus ad caput 39, quo Caesar de imperii Romani gloria et amplitudine a multis hostibus petita et a militibus defendenda loquitur. In eis vero componendis Dio Thucydide tantopere usus est, ut toto fere capite ne una quidem sententia illius ingenio debeatur. Atque de exordio quod faciunt haec: τοιαῦτα γοῦν . . . . . . καταισχύνητε vide infra[1]). Quod autem pergentem Dio facit Caesarem (§ 1)

* οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπ' ἴσης ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν τῶν ὁμοίων κεκτημένοις βουλευτέον ἐστὶν —

eisdem Pericles Thuc. II, 42, 1 rationem reddit, quod tam copiose exposuerit de virtutibus civitatis Atheniensium:

διδασκαλίαν τε ποιούμενος μὴ περὶ ἴσου ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα καὶ οἷς τῶνδε μηδὲν ὑπάρχει ὁμοίως.

Romanorum potentiam cum civitatibus conferens debilioribus Caesar dicit (§ 3):

ἢ οὖν ἀπὸ πρώτης ἐχρῆν μηδὲν διαφερόντως ἡμᾶς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ηὐξῆσθαι —

quibus Dio sibi vindicavit locum Thuc. III, 39, 5, quo Cleon Athenienses contendit iam pridem ineptae adversus Mytilenaeos humanitati indulsisse:

χρῆν δὲ Μυτιληναίους καὶ πάλαι μηδὲν διαφερόντως[2]) τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι.

His continuantur apud Dionem (§ 3):

ἢ ἐπείπερ τηλικοῦτοι γεγόναμεν καὶ τοσαῦτα κεκτήμεθα, πέπρωταί τε ἢ ἄρχειν τῶν ἄλλων ἐγκρατῶς ἢ καὶ αὐτοὺς παντελῶς ἀπολέσθαι —

quibus monemur de Thuc. I, 76, 1 extremis

ἴσμεν . . . ὑμᾶς . . . ἀναγκασθέντας ἂν ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν —

---

[1]) pag. 11.

[2]) διαφερόντως Dionis imitatione motus scribo, id quod iam Litschius (l. l. pag. 34) praetulit. Nam primum nonnulli libri quamvis deteriores διαφερόντως praebent; tum locis quos Litsch. l. l. attulit extremis, διαφ. dictioni Thucydideae convenire demonstratur; formae enim adiectivae huius participii non exstant nisi quibus locis structura verborum requiruntur. Quod si aliter se haberet, haud dubie exempli gr. II, 40, 3 exspectaremus διαφέροντες γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν, seu VIII, 68, 3 παρέσχε δὲ καὶ ὁ Φρύνιχος ἑαυτὸν πάντων διαφέροντα προθυμότατον. — Adde quod διαφερόντως facillime corrumpi poterat in διαφέροντας. — Quae exempla et Litschius et Kruegerus collegerunt ad defendendum

quo dicto Athenienses coram Lacedaemoniis Corinthiisque asperitatem sui imperii defendunt. —

Fortunam vero quae et patribus et illis ipsis obtigisset, servari et aliter et (§ 5)

> ἂν τοῖς . . δεομένοις τῶν συμμάχων ἀπροφασίστως ἐπικου- *
> ρῶμεν —

quae deprehendis Thuc. VI, 18, 2, ubi Alcibiades expeditionem Siciliensem commendat et aliis expositis et his:

> τήν τε ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα . . . παραγιγνόμενοι προθύμως τοῖς ἀεὶ ἢ βαρβάροις ἢ Ἕλλησιν ἐπικαλουμένοις. —

Quae porro sequuntur capitibus 40 et 41, cuncta fere e suo ipsius ingenio exhausisse Dio videtur, cum Thucydidi certe pauca debeantur. Laudanda tamen sunt haec (c. 40, § 2):

> εἰ . . . οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἡσυχάζοντες καὶ περὶ *
> τούτοις κινδυνεύουσιν . . .

quibus Caesar Romanorum imperii cupidinem defendit.

Quae cum scriberet, Dionem credo cogitasse de Alcibiadis in contione illa s. l., qua Niciae obsistit, verbis his (VI, 18, 2):

> εἴγε ἡσυχάζοιεν πάντες . . . βραχὺ ἄν τι προσκτώμενοι αὐτῇ περὶ αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιμεν.

§ 7 Caesar monet de necessitate qua coacti cuiusque civitatis homines, ut finitimorum sollicitationes arceant, ipsi nonnumquam ultra suos fines illis obviam proficiscantur, id quod Epirotarum, Carthaginiensium, Gallorum exemplis comprobat:

> καὶ γὰρ οὗτοι (sc. Γαλάται καὶ Κέλται), μέχρι μὲν ἐντὸς τῶν *
> Ἄλπεων ἐμένομεν, πολλάκις αὐτὰς ὑπερέβησαν καὶ πολλὰ τῆς Ἰταλίας ἐπόρθησαν· ἐπεὶ δὲ ἐτολμήσαμέν ποτε ἔξω τε τῶν ὅρων ἐκστρατεῦσαι καὶ τὸν πόλεμόν σφισι περιστῆσαι . . . οὐκέτ᾽ οὐδένα πόλεμον . . . . . . εἴδομεν.

Quae qui legit, procul dubio verba Pagondae, Thebanorum ducis, reminiscitur adhortati suos, ut in Attica ipsa cum Atheniensibus manus consererent (Thuc. IV, 92, 5)

διαφέροντας ut non alienum a Thucydidis sermone, omnia aliorum sunt verborum. Ne vero Dionis locum Thucydide auctore emendandum esse opinemur, impedit loquendi usus Cassii. Qui ipse quoque et compluries διαφερόντως scribit et formis adiectivis eis tantummodo utitur locis, quibus flagitantur.

εἰώθασί τε οἱ ἰσχύος που θράσει τοῖς πέλας . . . ἐπιόντες τὸν μὲν ἡσυχάζοντα καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ μόνον ἀμυνόμενον ἀδεέστερον ἐπιστρατεύειν, τὸν δὲ ἔξω ὅρων προαπαντῶντα καί, ἢν καιρὸς ᾖ, πολέμου ἄρχοντα ἧσσον ἑτοίμως κατέχειν. —

Iam posteaquam de Romanorum imperio officiisque militum dixit, Caesar (c. 42) venit ad hostes ita, ut ad ea, quae rogasse aliquem fingit, qua de causa tam vehementer Ariovisto instet, respondeat his (§ 1)

* *σκοπείτω τοῦθ' ὅτι τοὺς ἀδικεῖν τι ἐπιχειροῦντας οὐκ ἐφ' οἷς ποιοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷs φρονοῦσιν ἀμύνασθαι δεῖ, καὶ τήν τε αὔξησιν αὐτῶν πρὶν καὶ βλαβῆναί τι προκαταλαμβάνειν, καὶ μὴ περιμείναντας κακῶς ἔργῳ παθεῖν, τότε τιμωρεῖσθαι* —

quibus quae continentur, manifesto cognosces Thucydidea allatis tribus locis, quorum primum (VI, 18, 2)

τὸν γὰρ προὔχοντα οὐ μόνον ἐπιόντα τις ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει —

iterum deprehendimus in illius Alcibiadis contionis ea parte qua Athenienses admonet de potentia oppidorum Siciliensium gentis Doricae in dies crescente; alter, quem maiore usurpamus iure, est apud Thuc. VI. 38, 4, ubi Athenagoras Syracusanorum animos confirmare contendit ita, ut explicet neglegendos esse illos turbulentos quos credit, in quorum numero habet Hermocratem, qui ante eum contionatus suaserat, ut Atheniensibus ipsi obviam veherentur classe appropinquantibus:

τὸν γὰρ ἐχθρὸν οὐχ ὧν δρᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρὴ[1]) —

---

[1]) Hunc locum interpretare: „denn gegen den Feind muss man nicht nur betreffs dessen, was er thut, sondern auch betreffs dessen, was er beabsichtigt, vorher Verteidigungsmassregeln treffen" — neque aliter Dionis verba collata. Displicet Krueger, qui vertit . . . „sich vorher hüten", nam significatio eius q. e. „sich hüten" nullo pacto est in voce *ἀμύνεσθαι*, sed in *προφυλάττεσθαι*, id quod aperte cognosces ex duobus his nostro loco verbis oppositis, si quae statim sequuntur examinabis: *εἴπερ καὶ μὴ προφυλαξάμενός τις προπείσεται* — neque minus e § 2 his: *ἡμεῖς κακοί, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξασθαί τε καὶ αἰσθόμενοι ἐπεξελθεῖν.* Atque loco a Kruegero laudato III, 12, 3: *ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνεσθαι* — et ipso *προαμύνεσθαι*

is, quem tertium attulerim, quoniam quae insunt, Dio in fine periodi usurpatae posuit, paulo ante in eadem oratione legitur necnon ad eosdem pertinet homines (VI, 38, 2):

ἡμεῖς δὲ κακοί, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξασθαί τε καὶ αἰσθόμενοι ἐπεξελθεῖν. —

Tum vero imperator in Ariovistum directo invehitur:

(§ 2) ὅτι τοίνυν καὶ ἐχθρὸς καὶ ἔχθιστός ἐστιν ἡμῖν, πῶς . . . *

Debet hoc dictum Dio Thucydidi, qui VII, 68, 2 Gylippum Spartiatam ceterosque duces Syracusana navium acie Lacedaemoniorumque instructa apud milites facit dicentes:

ὡς δὲ ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε . . . —

Atque etiam in capite 44 unam tantummodo sententiam e Thucydide sumptam reperis, qua tamen ille plus semel utitur. Rationem reddit Caesar (§ 4), cur antea Ariovisti fautor apud senatum exstiterit, nunc inimicissimum se praebeat.

ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω καὶ οὐ μεταβάλλομαι . . . ἐκεῖνος δέ ἐστιν ὁ μεταβαλλόμενος . . . —

Ad haec conferas Thucydidis locos hos:

I, 86, 2 ἡμεῖς δὲ ὁμοῖοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν — in Sthenelaidae ephori oratiuncula, qua bello summopere commendato Atheniensium iniustitiam atque inconstantiam quam arbitratur significat; —

I, 140, 1, ubi Pericles contione convocata explicat quae legatis Lacedaemoniorum responderi oporteat:

τῆς μὲν γνώμης . . . ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι —

II, 61, 2, quo loco idem Atheniensibus animorum de bello demissionem exprobrat

καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι καὶ οὐκ ἐξίσταμαι· ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε[1]) . . .

III, 38, 1: ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ . . .

---

nil aliud potest valere nisi „Verteidigungsmassregeln treffen", quae vis flagitatur opposito verbo ἐπιχειρεῖν. Passowii igitur explicatio a Kruegero repudiata „im Voraus von sich abwehren" prorsus recta mihi videtur esse.

[1]) μεταβάλλετε libri uno excepto qui μεταβέβλησθε praebet, id quod nullius est momenti. Facere non possum quin assentiar Litschio (l. l. pag. 36) medium μεταβάλλεσθε ponenti nisus et Dionis imitatione, quem

quibus verbis Cleon se iudicium quo damnentur Mytilenaei, tenere declarat. —

Eis quae pertractavimus Caesar postquam bellum contra Ariovistum institutum optimo iure geri docuit, militibus timorem Germanorum depellere studet his (c. 45, §. 1):

* ὅτι δὲ οὔτε ἄμαχος οὔτε δυσπολέμητός ἐστιν, ὁρᾶτε μὲν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοφύλων αὐτῷ, οὓς πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, ῥᾷστα δὲ καὶ νῦν ἐνικήσαμεν, λογίζεσθε δὲ καὶ ἐξ ὧν περὶ αὐτοῦ ἐκείνου πυνθανόμεθα.

Eadem sententiarum series exstat in oratione Brasidae, qua Lacedaemonios adversus Macedones Thracesque cohortatur (Thuc. IV, 126, 3):

βαρβάρους δὲ, οὓς νῦν ἀπειρίᾳ δέδιτε, μαθεῖν χρὴ, ἐξ ὧν τε προηγώνισθε τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν καὶ ἀφ' ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε καὶ ἄλλων ἀκοῇ ἐπίσταμαι, οὐ δεινοὺς ἐσομένους. — —

Ex eis quos adhuc attuli locis, quos manifestam imitationem habere neminem credo negare, Dionem in hac componenda oratione satis copiose usum esse contionibus Thucydideis apparere puto. Re vero ita comparata mihi quidem veri simile est eos quoque, quos iam laudabo, in quibus quis legendis primo obtutu dubitaverit debeanturne Thucydidis memoriae necne, a Cassio excogitatos esse illius non immemori.

cap. 35, quod praecedit Caesaris orationem, § 3 legimus

* haec:

τῷ μὲν πλήθει τῶν στρατιωτῶν οὐδὲν διελέξατο, ... τοὺς δὲ δὴ ὑπάρχους καὶ τοὺς ὑπομείονας ἀθροίσας τοιάδε ἐν αὐτοῖς ἔλεξεν —

quae scribenti haud scio an scriptori obversata sint Thucydidis

---

hunc locum exscripsisse pro certo habendum est, et Thucydidis loquendi usu. Quattuor enim locis apud eum habes μεταβάλλεσθαι usurpata vi eius q. e. „mutare sententiam" (I, 71, 6; VIII, 54, 1; VIII, 73, 2; VIII, 90, 1), nullo loco μεταβάλλειν. Quod semper habet accusativum obiecti loco positum valetque „verlieren" seu „ändern". Noli cum Kruegero opponere usum aliorum scriptorum (Aristotelis, Isocratis, al.), ex quo contra rationem Thucydideam nil lucramur. Respice vero Dionis imitatoris consuetudinem pro „mutare sententiam" semper μεταβάλλομαι scribentis, nunquam activum.

verba V, 84, 3, quae sunt ante disceptationes Atheniensium Meliorumque

... οὓς οἱ Μήλιοι πρὸς μὲν τὸ πλῆθος οὐκ ἤγαγον, ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς ὀλίγοις λέγειν ἐκέλευον. —

Quoniam Dio cum conciperet quae exstant cap. 38, Periclei epitaphii — id quod ostendimus — memoria tenebatur, forsan ad eiusdem imitationem referre liceat sententiam cap. 37 extremam. Nam similia Pericles de patribus dicit (Th. II, 36, 4): ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα ... ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα[1]) ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα ... ἐάσω·

atque Caesar de maioribus (c. 37, 5)

πάντας τοὺς ἀλλοφύλους τοὺς ἐπελθόντας σφίσιν ἀπεώσαντο. — *

cap. 39, § 1 habes haec:

τοιαῦτα γοῦν ἔχοντες παραδείγματα μήτε τὰ τῶν πατέρων ἔργα καταισχύνητε μήτε τὴν ἀρχὴν ... πρόησθε. *

Quorum priora saepius apud Thucydidem reperis; cf. imprimis IV, 92, 7 (Pagondas Boeotos contra Athenienses adhortatur) χρὴ ... τοὺς νεωτέρους πατέρων τῶν τότε ἀγαθῶν γενομένων παῖδας πειρᾶσθαι μὴ αἰσχῦναι τὰς προσηκούσας ἀρετάς. —

Primo vero § 2 enuntiato his

ἐκείνοις μὲν γὰρ (sc. τοῖς μηδὲν τῶν ὁμοίων κεκτημένοις) ἐξαρκεῖ ῥᾳστωνεύειν καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἄλλοις ὑποπεπτωκέναι *

iterum expressisse videtur Dio Thuc. II, 63, 3

τὸ .. ἄπραγμον ... οὐκ ἐν ἀρχούσῃ πόλει συμφέρει, ἀλλ' ἐν ὑπηκόῳ ὥστε ἀσφαλῶς δουλεύειν[2]) —

---

[1]) Compluribus causis Classen commotus est, ut hoc loco vocem πόλεμον post Ἕλληνα codicibus praebitam eiciat. (cf. eius edit. Thuc. vol. II pag. 188). Forsan ad eas prorsus mihi probatas accedat Dionis imitatio.

[2]) De hac enuntiatione quam totam sic legimus: τὸ γὰρ ἄπραγμον οὐ σῴζεται μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον, οὐδὲ ἐν ἀρχούσῃ πόλει συμφέρει, ἀλλ' ἐν ὑπηκόῳ ἀσφαλῶς δουλεύειν — inter editores est discrepantia. Krueger enim, Stahl, Classen, Steup pro subiecto infinitivum ἀσφ. δουλεύειν accipiunt, quocum verbum συμφέρει sit coniungendum, ita ut interpretentur: „neque in civitate principatum obtinente tuto servire expedit, sed in subiecta.“ Contra Poppo et Boehme subiecti loco ad συμφ. referendum τὸ ἄπραγμον positum esse censent verbaque ἀσφ.

nisi quod Pericles verba facit de hominibus in civitate subiecta laborum fugientibus, Caesar de eis qui imperii splendidi participes non sunt.

Eis quae sequuntur, potentiam magnam semper invidiae esse Caesar exponit:

* *πολλοὶ γὰρ ἐπιβουλεύουσιν αὐτῇ· πᾶν γὰρ τὸ ὑπεραῖρόν τινας καὶ ζηλοῦται καὶ φθονεῖται*

(quae ut mos ei est, Dio pluribus persequitur: *κἀκ τούτου πόλεμος ἀίδιός ἐστιν ἅπασι τοῖς καταδεεστέροις πρὸς τοὺς ἔν τινι αὐτῶν ὑπερέχοντας*).

Eandem compluries Thucydides usurpat sententiam. cf. II, 35, 2, quo loco Pericles de illis qui sunt *τῷ ὑπερβάλλοντι φθονοῦντες* loquitur; VI, 78, 2, qua tota contione Hermocrates Syracusanus Camarinae oppidi incolas monet, ne in Atheniensium partes transeant: *εἴ τέ τις φθονεῖ μὲν ἢ καὶ φοβεῖται — ἀμφότερα γὰρ τάδε πάσχει τὰ μείζω — ... ἐλπίζει.* —

§ 3 in scribendis his

* *ἢ ἐπείπερ τηλικοῦτοι γεγόναμεν καὶ τοσαῦτα κεκτήμεθα ... τοῖς ἔς τε ἀξίωμα τοσοῦτον καὶ ἐς δύναμιν τηλικαύτην προκεχωρηκόσιν ἀδύνατόν ἐστιν ἀκινδύνως ἰδιωτεῦσαι* —

nescio an Dio verba recordatus sit Alcibiadis (Th. VI, 18, 3), quae quamvis paulo aliter prolatam eandem praebent sententiam:

δουλ. valere: ad securam servitutem agendam. De hac re ut meam explicem sententiam, primum fieri non posse puto, ut *ἄρχουσα πόλις* dicatur *ἀσφαλῶς δουλεύειν*; deinde ad infinitivum *ἀσφ. δουλ.* subiecti munere fungentem articulum requiro; denique, id quod Boehmio adstipulor, ea quam Krueger et Classen statuunt sententia prorsus probari nequit Atheniensibus imperium sociorum tenendum esse. Restat igitur, ut Popponi Boehmioque parentes voci *τὸ ἄπραγμον* subiecti vim tribuamus, locutioni *ἀσφ. δουλ.* infinitivi consilii, ita ut vertamus „um gegen den Preis der Sicherheit fremdem Willen zu dienen." Quoniam vero talis infinitivus absolute positus molestia non caret, id quod Krueger suas tutatus partes recte adnotavit, post *ὑπηκόῳ* particulam *ὥστε* inseramus, id quod Lipsius in scholis de Thucydide habitis suasit. — — Ut autem ita interpretemur, fortasse etiam Dionis verbis collatis adducimur, quibus similia exprimuntur, nimirum: „unthätig sein und unter Sicherheit anderen unterworfen sein können nur die, die nicht viel besitzen" — nisi quod apud Dionem membrorum rationem habes quodammodo adversam:

Thuc: *τὸ ἄπραγμον ἐν ὑπηκόῳ πόλει συμφέρει ὥστε ἀσφαλῶς δουλεύειν* —
Dio: *τοῖς ὀλίγα κεκτημένοις ἐξαρκεῖ .. μετὰ ἀσφαλείας ἄλλοις ὑποτεττ.*

οὐκ ἔστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν, ἀλλ' ἀνάγκη, ἐπειδήπερ ἐν τῷδε καθέσταμεν, . . . μὴ ἀνιέναι (quae Thucydidis more brevissime expressa Dio suam secutus consuetudinem effuse exsequitur illis *ἐπείπερ . . . κεκτήμεθα*). Atque in eis quae proxima sunt apud Thucydidem

διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι[1]), *
εἰ μὴ αὐτοὶ ἄλλων ἄρχοιμεν —

iterum cognoscimus Caesaris *πέπρωταί τε . . . ἀπολέσθαι* supra (pag. 14) laudata.

Qui iam pergit:

πειθώμεθα τῇ τύχῃ, μηδὲ ἑκοῦσαν αὐτὴν καὶ αὐτεπάγγελτον τοῖς τε πατράσιν ἡμῶν ὑπάρξασαν καὶ ἡμῖν παραμένουσαν ἀπωσώμεθα — *

quae fortasse spectant ad Thuc. I, 33, 2, quo loco Corcyraei opes, quibus adiuturi sint Athenienses, quas ne aspernentur illi caveant, dicunt

αὐτεπάγγελτος, ἄνευ κινδύνου . . . διδοῦσα ἑαυτὴν (sc *δύναμις*).

Servandae vero prosperitati (cf. pag. 15) non minus illos operam esse daturos docet Caesar (§ 4)

. . . . . ἂν τά τε ὅπλα διὰ χειρὸς ἀεὶ ἔχωμεν, οὕτω γὰρ μόνως εἰρήνη σώζεται (eadem fere repetit proximis: *καὶ τὰ ἔργα τοῦ πολέμου διὰ κινδύνων ἀσκῶμεν, οὕτω γὰρ μόνως οὐκ ἀεὶ πολεμήσομεν*) *. . . καὶ τοῖς ἀεί τι παρακινοῦσι τῶν πολεμίων μὴ ἐπιτρέπωμεν* — *

---

[1]) Usener (Rh. M. vol. 25, p. 587) verba *αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι* et *ἄλλων* offensionem praebere atque ut scholiastae cuiusdam additamenta exstinguenda esse arbitratur. Quorum de prioribus eius causae necnon Stahlii, qui locutionem *κίνδυνον εἶναι* pro *κινδυνεύειν* prorsus alienam a Thucydide esse observavit, plane probabiles mihi videntur esse. Adde quod locus simillimus VII, 62, 2: *τοξόται πολλοὶ . . . ἐπιβήσονται καὶ ὄχλος ᾧ ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει οὐκ ἂν ἐχρώμεθα διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι . . .* a Poppone ed. mi. comparatur. Praeterea brevis praeter consuetudinem loquendi ratio Dionis imitantis *πέπρωται . . . ἀπολέσθαι* et ipsa ansam delendi mihi porrigat. — Contra vocem *ἄλλων* Usenero itidem suspectam Dionis imitatione nisus teneam, quae est: *ἢ ἄρχειν τῶν ἄλλων*. — Accedit stricta apud Thuc. oppositio, qua illis „*ἄλλοι*" priore enuntiato dominorum, posteriore subiectorum partes tribuuntur.

quibus quod subest priore parte, Thucydidi deberi videtur, qui I, 124, 2 Corinthios facit monentes apud socios

ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται —

cum reliquis moneamur de loco e Corinthiorum apud Lacedaemonios contione hoc (Th. I, 71, 1):

οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν, οἳ ἂν . . . τῇ . . γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες —

quibus verbis illos movere student, ut invasionem in Atticam faciant. —

Ad ea autem, quae supra laudavi (pag. 15)

c. 40, 2: *εἰ . . . οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἡσυχάζοντες καὶ περὶ τούτοις κινδυνεύουσιν*

hunc quoque conferam locum Thucydideum

(I, 120, 4): *ὅ τε γὰρ διὰ τὴν ἡδονὴν ὀκνῶν τάχιστ᾽ ἂν ἀφαιρεθείη τῆς ῥαστώνης τὸ τερπνὸν*[1]) *δι᾽ ὅπερ ὀκνεῖ, εἰ ἡσυχάζοι*[2]) —

qui est in Corinthiorum contionis s. l. ea parte, qua laetitiam suam belli a Lacedaemoniis decreti exprimunt. —

c. 45, § 2 orator exponit et Ariovisto esse paucas opes domesticas et se ipsos (sc. Romanos) multo facilius illo socios sibi esse conciliaturos.

εἰ δὲ δὴ καὶ (§ 4) *συσταῖέν τινες, οὔτι γε καὶ κρείττους ἂν ἡμῶν γένοιντο· ἵνα γὰρ τἄλλα ἐάσω, τὸ πλῆθος ἡμῶν, τὴν ἡλικίαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὰ ἔργα, ἐκεῖνό γε τίς*

---

[1]) cf. etiam Dionis frgm. 7, 1 . . . *τὸ τερπνὸν τῆς ἀπραγμοσύνης τάχιστα καὶ ῥᾷστα τοῖς πέρα τοῦ καιροῦ σπουδάζουσιν αὐτὴν ἀπολλύμενον ᾐσθάνετο* (sc. *ὁ Μάρκιος*).

[2]) Lehner in Act. phil. Mon. t. III, p. 17 verba *εἰ ἡσυχάζοι* uncis inclusit ut languida post ea, quae praecedunt. Quem quod inter editores soli Herwerdenus et Stahlius secuti sunt miror. Nam frustra operam dederit quis, ut discrimen, quae intercedat verbis *ὀκνεῖν* et *ἡσυχάζειν*, statuat. Neque enim Kruegeri interpretatio „wenn er wirklich ruht, d. h. erforderlichen Falls sich nicht aufrafft“ neque Classeni „wenn er sich zur Unzeit der Ruhe überlässt“ — in quibus illa q. s. „erforderlichen Falls“ et „zur Unzeit“ in voce *ἡσυχάζειν* sola non insunt — talis est, quae me scrupulo liberet. Eadem dicam de Popponis explicatione „wenn er in Ruhe beharrt“. Aut igitur inserenda sunt quaedam quibus exprimantur ea, quae nullo iure editores eliciunt ex *ἡσυχάζειν* — id quod fiat satis moleste — aut expungenda *εἰ ἡσυχάζοι*. Equidem Dionis loci comparati brevitate commotus magis inclino ad ea delenda.

οὐκ οἶδεν ὅτι ἡμεῖς μὲν . . . καὶ λογισμῷ καὶ τάξει χρώμεθα, ἐκεῖνοι δὲ δὴ θυμῷ πρὸς πάντα ἀσύντακτοι φέρονται;

In his excogitandis duos Thucydidis locos Dio memoria videtur tenuisse. Atque I, 121, 2 Corinthii apud sociorum concilium laudationibus belli consciti effuse institutis pergunt:

κατὰ πολλὰ δὲ ἡμᾶς εἰκὸς ἐπικρατῆσαι, πρῶτον μὲν πλήθει προὔχοντας καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ ... e. q. s.

Oratio vero Archidami (II, 11) in Isthmo ad socios Lacedaemoniorum congregatos habita praebet (§ 7) hoc dictum generaliter prolatum:

καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλεῖστα[1]) ἐς ἔργον καθίστανται.

Etiam quae restant in hoc capite, haud scio an Dio debeat Thucydidi tota. Ac primum quidem singula concordant quae ad Brasidae descriptionem Macedonum l. l. (IV, 126, 5) necnon ad Caesaris Germanorum (§ 5) spectant. Repetere oportet extremam § 4:

ἐκεῖνοι δὲ δὴ θυμῷ πρὸς πάντα ἀσύντακτοι φέρονται.

Pergit autem Caesar ita ut adhortetur duces:

μὴ γάρ τοι μήτε τὴν ὁρμὴν αὐτῶν μήτε τὸ μέγεθος ἢ τῶν σωμάτων ἢ τῆς βοῆς φοβηθῆτε. *

Similiter Brasidas apud suos verba facit l. l.:

καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως[2]) δεινοὶ καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι . . . . . . et paulo infra

οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες αἰσχυνθεῖεν ἂν . . —

---

[1]) Quod Krueger ad πλεῖστα iterum χρώμενοι vult subaudiri — ita ut eis quae praecedunt λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι accurate respondeant θυμῷ πλεῖστα χρώμενοι — praeter necessitatem hoc fieri Dionis imitatione probatur, quippe qui dativo θυμῷ et ipse adverbialiter eodem sensu („in wilder Wut") utatur.

[1]) Verba q. s. πλήθει ὄψεως quamvis ne ab uno quidem editore in textum recepta non sint, quibusdam scrupulum moverunt. Paucis vero hanc rem attingere satis est. Recte enim Krueger et Poppo in ed. min. vertisse mihi videntur „durch das Massenhafte der Erscheinung", quoniam πλῆθος saepenumero vim usurpat eius q. e. „magnitudo" et apud Thucydidem et apud alios scriptores. Vanum igitur ipse quoque Bloomfieldii τῷ ἀηθεῖ necnon Meineckii (Hermes III, p. 367) ἀηθείᾳ ὄψεως duco neque licere opinor ex eo quod apud Arrianum Thucydidis imitatorem occurrit ἀηθεῖ τῆς ὄψεως, colligere nostro loco πλήθει et optimorum librorum consensu commendatum et ita usurpatum, ut haud difficile sit ad explicandum, esse mutandum. Conferas quaeso

Tum vero quod Caesar de Germanis adicit:

* *καὶ τὰ σώματα αὐτῶν δρᾶν μὲν οὐδὲν πλέον . . . πάσχειν δὲ πολὺ πλείω . . . δυνήσεται* —

idem fere Thuc. VI, 33, 4 Hermocrates Syracusanus de Atheniensibus dicit classem appellentibus Siciliam monens, ne quis ingentibus eorum copiis terreatur:

οὔτε γὰρ βλάπτειν ὑμᾶς πλείω οἷοί τε ἔσονται ἢ πάσχειν. —

Denique monentur duces c. 46, 1 simillimos hostes a se iam esse victos:

* *πεπειραμένοις δέ που ὧν λέγω καὶ νενικηκόσιν ὑμῖν τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ταυτὶ παραινῶ, ὥσθ' ὑμᾶς μήτε τῷ λόγῳ δοκεῖν ὑπ' ἐμοῦ παράγεσθαι, καὶ τῷ ἔργῳ ἐχυρωτάτην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἐκ τῶν προκατειργασμένων ποιεῖσθαι.*

Quibuscum si comparaveris quos afferam locos Thucydideos, ne in eis quidem unam cognosces sententiam a Dione esse inventam. Atque primum audiamus Phormionem II, 89, 11 ante pugnam navalem ad Naupactum commissam suos adhortantem:

ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλούς.

Deinde iterum excitanda sunt verba Brasidae s. l. (IV, 126, 3): *βαρβάρους δὲ . . . μαθεῖν χρὴ ἐξ ὧν τε προηγώνισθε τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν* . . —

Tum laudaverim ex Corcyraeorum oratione qua suo ipsorum exemplo proposito praemonent Athenienses a Corinthiorum consiliis esse cavendum, (Thuc. I, 34, 3) haec:

. . . *ὥστε ἀπάτῃ . . . μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν* . . —

Soph. Ai. 876 (Dindf.) *πόνου γε πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον.*

Herod. I, 204: *τὰ δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα πεδίον ἐκδέκεται πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄποψιν* — ubi Steph. vertit „campus immensae magnitudinis."

Dem. pag. 131, 13: *ἡ μὲν οὖν ἀσέλγεια καὶ πλεονεξία, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους Φίλιππος χρῆται, τοσαύτη τὸ πλῆθος ὅσην ἀκούετε.* —

Thuc. III, 70, 5: *πλῆθος τῆς ζημίας.*

Atque simillimos locos, quamquam in eis *πλῆθος* ipsum non usurpatur, habes Thuc. VI, 46, 3: . . . *ἃ ὄντα ἐπάργυρα πολλῷ πλείονα τὴν ὄψιν ἀπ' ὀλίγης δυνάμεως χρημάτων παρείχετο* — IV, 34, 1 *καὶ αὐτοὶ . . . τῇ τε ὄψει . . πολλαπλάσιοι φαινόμενοι.* —

Denique ad dictionem *τῷ ἔργῳ ἐχυρωτάτην τὴν ἐλπίδα . . . ποιεῖσθαι* conferas Periclis Atheniensium animos confirmantis verba (Th. II, 62, 5):

> *καὶ τὴν τόλμαν ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυρωτέραν παρέχεται.* —

In peroratione autem Caesar se suosque officii memores fore affirmat. Legis § 3:

> *ἔγωγε . . . οὐκ ἐγκαταλείψω ποτὲ τὴν τάξιν ἣν ἐτάχθην ὑπὸ τῆς πατρίδος* — *

quibus amplexus esse videtur Dio Lacedaemoniorum ducum verba, quibus adhortationi ante proelium Naupactium ad milites factae finem imponunt

> (Th. II, 87, 8): *θαρσοῦντες οὖν . . . ἕπεσθε, χώραν μὴ προλείποντες ᾗ ἄν τις προσταχθῇ.* — —

Transeo ad orationem Ciceronis apud senatum habitam, quem Dio refert ab Antonio in Telluris templum esse convocatum, cum Caesare pridie necato magna esset inter cives Romanos animorum perturbatio. Quae exstat l. XLIV, cc. 23—33.

Eis quae leguntur usque ad cap. 27 Cicero ut civibus concordiam restituat, copiose exponit neque veteres Romanos neque Athenienses prius belli civilis malis esse liberatos quam controversias componerent memoriam iniuriarum omnium inter se illatarum polliciti se esse depposituros. Res autem Romanorum priscas satis esse paucis tangere:

τί γὰρ (c. 25 § 5) *δεῖ πρὸς οὐδὲν ἧττον ὑμᾶς εἰδότας τὸν Οὐαλέριον . . . λέγοντα διατρίβειν;*

Eadem fere Thuc. II, 43, 1 Pericles de belli necessitate loquitur:

(τὴν ὠφελίαν) ἣν τί[1]) *ἄν τις πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας μηκύνοι*[2]) *λέγων ὅσα . . .* —

Omnino non fas esse — haec fere sequuntur — praesenti potentia fretum quemquam vi quid extorquere. Pergit autem c. 27:

οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις βέβαιον οὐδὲν, οὐδὲ ἐξ ὧν ἰσχύει τις προσεπεκράτησεν, ἀλλὰ πάμπολλοι μὲν θαρσοῦντες ἔπταισαν, πάμπολλοι δὲ ζητοῦντες ἀμύνασθαί τινα προσαπώλοντο . οὔτε γὰρ τὸ πλεονεκτούμενον ἔν τινι πάντως εὐτυχεῖ,[3]) *διότι καὶ ἀδικεῖται, οὔτε τὸ δυ-*

---

1) *τί* cum Kruegero inserendum esse censeo.

2) cf. etiam D. l. XLV, c. 26, 1: *αἰδοῦμαι . . . . ἄλλως τε καὶ πρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδότας ὑμᾶς . . . . λέγειν.*

3) Cicero exemplis e motu civili sumptis docere studet res humanas haud semper ita evenire, ut quis pro hominum ratione suspicetur. Nam multos (§ 1), cum suis rebus confiderent, in calamitates incidisse, multosque cupientes alios ulcisci — subaudi mente: iusta nixos causa — ipsos insuper periisse. Nonne his praecedentibus apparet in enuntiato quod sequitur, quo generalem in modum eundem sensum iterum exprimi docent verba *γὰρ — πάντως*, necessario requiri haec: neque enim qui

νάμει προῦχον πάντως κατορθοῖ, διότι καὶ προήκει, ἀλλ' ἀμφότερα ἀπὸ τῆς ἴσης καὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ τῷ ἀσταθμήτῳ τῆς τύχης ὑποκείμενα, . . . —

Totam hanc sententiarum seriem Dio debet Thucydidi, apud quem (IV, 62, 3 et 4) Hermocrates in contione s. l. monet, ne quis ratus aut vi aut causae suae aequitate nisum se quae expetat esse assecuturum, ipse auctor sibi exsistat graviter labendi

γνοὺς ὅτι πλείους ἤδη, καὶ τιμωρίαις μετιόντες τοὺς ἀδικοῦντας καὶ ἐλπίσαντες ἕτεροι δυνάμει τινὶ πλεονεκτήσειν, οἱ μὲν οὐχ ὅσον οὐκ[1]) *ἠμύναντο, ἀλλ' οὐδ' ἐσώθησαν, τοῖς δ' ἀντὶ τοῦ πλέον ἔχειν προσκαταλιπεῖν τὰ αὐτῶν συνέβη. τιμωρία γὰρ οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως*[2]), *ὅτι καὶ ἀδικεῖ-*

---

quadam re nulla ipsorum culpa inferiores sunt, prorsus feliciter rem gerunt, quod iniuriam acceperunt, h. e. quod iusta est eorum causa — neque quicunque praestant potentia, prorsus utuntur prosperitate, quod antecellunt? — Perperam igitur, id quod iam Dindorfio visum est, Sturzius videtur statuisse oppositis his *οὔτε τὸ δυνάμει προῦχον πάντως κατορθοῖ* flagitari *ἀτυχεῖ*, neque non vitupero quod solum Henr. Stephanum secutus *ἀτυχεῖ* in textum recepit neglecta et librorum et veterum interpretum ceterorum auctoritate. Haec vero recte me disputare testis est Thucydides. Atque eiusdem verba *οὐδὲ ἰσχὺς βέβαιον διότι καὶ εὔελπι* tueri videntur vocem *προήκει* statim in sequentibus apud Dionem a Leunclavio primo exaratam pro *προσήκει*, id quod olim scripserant librorum *ΠΡΟΗΚΕΣ* emendantes. Nam idem sensus — quamvis vocabulorum species ratioque satis diversa sit — latet in Thucydidis *εὔελπι* et in Dionis *προήκει*. Oddeyi *προέχει* per se certo non ineptum et magis illo relinquit litteras traditas et displicet bis in eodem enuntiato positum, praesertim cum etiam in antecedentibus habeas diversa *τὸ πλεονεκτούμενον — διότι ἀδικεῖται.* —

[1]) Liceat hic adnotare dicendi rationem *οὐχ ὅσον οὐ* pro usitatis *οὐχ ὅπως, οὐχ ὅτι* omissa altera negatione vel *οὐ μόνον οὐ* apud nullum scriptorem Atticum occurrere praeter Thucydidem. Huic autem debet eam Dio Cassius, qui aliquotiens adhibet, ut fragm. 8, 3: *οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύνετό τινα ἐπ' αὐτοῖς* (sc. *τοῖς δυσχερεστέροις*), *ἀλλὰ καὶ εὐηργέτει;* fragm. 43, 14; l. LIII, 3, 2.

[2]) Adverbium *δικαίως* et explicari posse (= quia iustum est) et Thucydidis sermoni convenire docuerunt cum alii tum Poppo ed. min. ad. l. l. Exempla similia laudat *ἀναγκαίως φέρειν χρὴ τὰ δαιμόνια* II. 64, 2 (= quia necesse est); *παρὰ τὸ εἰκός τοι τούσδε συμφόρως δεῖ κολάζεσθαι* III, 40, 4 (= quia utile est); al. Itaque non cum Herwerdeno, qui placuit Cobeto (Mnemos. IX, p. 35) summopere, mutaverim in *πάντως*, quamvis putet quis hoc Dionis imitatione commendari. (cf. etiam Lit-

ται· οὐδὲ ἰσχὺς βέβαιον, διότι καὶ εὔελπι. τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος[1]) *ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ,* ... —

Ad quae animum advertas singula. Atque quam sententiam apud Thucydidem paulo supra §. 3 ineunte continent verba *καὶ εἴ τις βεβαίως τι ἢ τῷ δικαίῳ ἢ βίᾳ πράξειν οἴεται, τῷ παρ' ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω* — Dio praeterquam quod quasi summa est totius partis antecedentis, expressisse videtur verbis *οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις βέβαιον οὐδὲν, οὐδὲ ... προσεπεκράτησεν.* Porro Thucydidea q. s. *γνοὺς ὅτι ... συνέβη* Dio breviter reddidit his: *ἀλλὰ πάμπολλοι μὲν ..... προσαπώλοντο.* Quae autem restant apud illum, extremis fusius explicatis verbotenus fere Dio sibi vindicavit. — —

Opibus vero subitariis nil esse incertius orator docet (cc. 28 (sequ. usus exemplis Sullae, Pompei, Marii, Caesaris, aliorum. Quorum quemque celeriter eas assecutum celerius perdidisse, cum dominandi cupiditati nesciverint moderari. Neque vero eos periisse solos, sed ingentem numerum civium hos alteri alteri illos faventes ad interitum vocasse.

καὶ τῶν μὲν (c. 30, § 5) *ἐν τοῖς ὅπλοις τετελευτηκότων, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ ἐκείνων ὀδύραιτο ἄν τις, ἀλλὰ ἧττόν γε ἄξιόν ἐστιν ὀλοφύρασθαι· ἔς τε γὰρ τὰς μάχας ἐθελονταὶ, εἴγε ἐθελοντὰς τοὺς ἀναγκασθέντας φόβῳ καλεῖν δεῖ, ἦλθον, καὶ θάνατον εἰ καὶ ἄδικον ἀλλ' ἀνδρεῖόν γε ὑπέμειναν, ἔν τε ἀγῶνι ἰσοπαλεῖ*[2]) *καὶ ἐν ἐλ-*

schium l. l. p. 32 adn.). Quae tamen docere videtur ne de ordine quidem verborum Herwerdenum recte iudicasse iubentem scribi: *οἳ (πάντως) καὶ εὐτυχεῖ ὅτι ἀδικεῖται.* De particulae *καὶ* eo usu quo postponitur coniunctioni sententiae secundariae: *ὅτι καὶ, ἐπειδὴ καὶ, ἵνα καὶ* — quamquam per rationem logicam legitimus eius locus est in principali, disputavit Krueger Gr. Gr. § 69, 32 adn. 17.

[1]) Verba *τοῦ μέλλοντος* coniungamus cum *ἀστάθμητον,* non cum *κρατεῖ* notione praevalendi absolute posito — commoti et scholiastae explicatione: *τὸ ἄστατον τῆς τύχης καὶ τὸ ἄδηλον* et Dionis imitatoris verbis *τῷ παραλόγῳ τ. ἀνθρ. καὶ τῷ ἀσταθμήτῳ τῆς τύχης ὑποκ.*

[2]) Verba *ἐν ἀγῶνι ἰσοπαλεῖ* improbo quod Poppo contulit ad ea quae leguntur Thuc. II, 39, 1: *καὶ ἐν ταῖς παιδείαις οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν.* Acceperunt in his illa q. s. *ἐπὶ τ. ἰσ. κ.* alii viri docti aliter, qua de causa hanc quaestionem silentio praeterire putavi non licere. Atque Poppo secutus Portum veterem interpretem vertit: aequalia certaminum atque illi (Lacedaemonii) pericula subimus. Uni tamen inter recenti-

πίδι τοῦ κἂν περιγενέσθαι καὶ κρατῆσαι ἔπεσον[1]) *ἀναισθήτως*

---

ores Stahlio placuit. Nam Krueger ad Gottleberi interpretationem quae est: pericula eiusmodi, in quibus pares adversario reperimur — redeundum esse putavit, quoniam in illa Portiana vis alterius membri vocis *ἰσοπαλὴς* neglegatur. Quod frustra illum statuisse elucet e sententia *μὴ ἀντίπαλον σφίσιν εἶναι τὸν κίνδυνον* (IV, 73, 4), ubi *ἀντίπαλος* vocem habes eadem significatione. Ea vero explicatio, quam ipse praetulit, Thucydidis loco minime, optime Dionis convenire mihi videtur. Nonne enim mira laude Pericles ornaret Athenienses, si praedicaret eos pericula adire nonnisi ita, ut ipsi adversario pares reperiantur? Contra apud Dionem necessario hanc vim vocis *ἰσοπαλὴς* statui neque suo iure Popponem de ea dubitare conexus sententiarum docet. Nam §. 6 eiusdem capitis apud Cassium mulieribus, senibus, liberis ut inopibus auxilii laudatis infirmisque, cum adversariis multo sint inferiores, opponuntur illi qui *ἐν ἀγῶνι ἰσοπαλεῖ* ceciderint, h. e. in pugna, qua ipsi adversariis pares erant. cf. etiam l. XXXVI, 5, 3: *πόλεμον ἰσοπαλῆ*· XL, 42, 1: *πεζομαχίᾳ ἰσοπάλῳ*· XLVI, 37, 1: *ἱππομαχίαι ἰσοπαλεῖς*. Intelligis igitur aliter apud Thucydidem, aliter apud Dionem vocem *ἰσοπαλὴς* esse accipiendam. Atque de huius loco, ut puto, res liquet; revertamur paucis ad illum. Etenim alii (Krahner, Classen, Steup) neque Porti neque Gottleberi interpretatione contenti acceperunt *ἰσοπαλεῖς κινδύνους* pro „periculis quae nobis sunt paria" — ita ut notio de hostibus translata sit ad pugnas. Nonne autem, si hic est sensus, plane neglegitur comparatio cum Lacedaemoniis instituta? Nam cum Pericles antea exposuerit: *διαφέρομεν* (= wir unterscheiden uns zu unserm Vorteil) *δὲ κἀν ταῖς τῶν πολεμικῶν μελέταις τῶν ἐναντίων τοῖσδε* — quid pertinet ad praestantiam Atheniensium prae Lacedaemoniis statuendam, si apponit eos *ἀνειμένως διαιτωμένους* subire pericula quae, ut Classen explicat, „ihre ganze Kraft herausfordern"? Necessario conexu sententiarum flagitari mihi videtur sensus q. e. „aequalia atque L. subimus" — ita ut Pericles praedicet Athenienses quamvis remisse vitam degentes eadem adire pericula atque Lacedaemonios statim a pueris operosa exercitatione virtutem consectantes. Redeo igitur cum Lipsio ad Popponis vel si mavis Porti explicationem supra laudatam, quam etiam Stahlius probavit. Vocis autem *ἰσοπαλὴς*, cuius usus omnino est rarissimus, vim q. e. „gleichbedeutend, das Gegengewicht haltend" ad res pertinentem habes Dio C. XLIX, 3, 6: *κἂν τούτῳ καὶ τῶν νεῶν ἡ τῆς ναυτιλίας τῶν ἑτέρων ὀξύτης ἰσοπαλὴς τῇ τῶν ἐναντίων βεβαιότητι* —; cf. etiam L, 18, 5, et sim. bis apud Platonem. Itaque mittenda est transpositio qua legi iusserunt v. Herwerden et Rauchenstein (Philol. vol. 33, p. 567): *ἰσοπαλεῖς ἐπὶ τοὺς κινδύνους* — vel Usener (Rh. M. XXV, 586): *ἐπὶ τοὺς κ. ἰσοπ. χωροῦμεν*.

De personis ita ut valeat „gewachsen" bis ab Herodoto (I, 82; V, 49), semel a Thucydide (IV, 94, 1), saepissime a Dione usurpatur.

[1]) Perversum sensum efficere *ἔπαιον ἀναισθήτως*, id quod traditum

(sequuntur infra: τοὺς δὲ . . . βιαίως ἐξολωλότας πῶς ἄν τις κατ' ἀξίαν θρηνήσειε;).

In his non dubium mihi videtur esse, quin Dio duos locos Thucydidis voluerit reddere, quorum alter est III, 66, 2: ἐπιθέμενοι . . παρὰ τὴν ξύμβασιν, οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν (κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον)[1])

est, iam veteres intellexerunt interpretes. Atque de medelis quas attulerunt, minime placet Reimari ἐπαίοντο, cum παίεσθαι vi hoc loco flagitata q. e. „cadere" neque omnino neque apud Dionem in usu sit. Magis arridet Xylandri ἔπταιον, quoniam Dio haud ita raro πταίειν usurpat pro usitatiore voce πίπτειν. Verumtamen temporum concinnitas me et ipsum (ut Dindorfium) incitat, ut cum Oddeyo ἔπεσον scribam; legis enim paulo supra ἦλθον et ὑπέμειναν.

[1]) Tota periodus est haec:

. . . τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, ... ἐπιθέμενοι δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν, οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν (κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον), οὓς δὲ χεῖρας προϊσχομένους καὶ ζωγρήσαντες ὑποσχόμενοί τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν παρανόμως διεφθείρατε, πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε;

De eius structura facere non possum, quin Classenio obsistam in adn. ad h. l. haec fere exponenti.

A verbis ἐπιθέμενοι δὲ π. τ. ξ. inchoare eam periodi partem, quae opposita sit verbis τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε. Oppositione autem protaseos et apodoseos per παράταξιν facta fieri formationem periodi talem, qua participium ἐπιθέμενοι, quamvis per significationem quae insit ad prius quoque membrum pertineat, posterioris demum verbis q. s. πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε continuetur. Enuntiata relativa οὓς μὲν — ἀπεκτείνατε et οὓς δὲ — διεφθείρατε non posita esse pro obiectis ad sequentia verba ἀλγοῦμεν et δεινὰ εἴργασθε arte pertinentibus, sed earum rationem esse liberiorum protaseon: — „was die ersten, was die zweiten betrifft." Jubet igitur Classen, si recte eius verba intellego, verba πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε et coniungi cum ἐπιθέμνεοι δὲ . . . quibuscum enuntiatis relativis subiunctis oppositionem efficiant eorum quae antecedunt τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε — et referri ad alterum enuntiatum relativum, ita ut pro eius verbo regente accipiantur. Quod regulis grammaticis vetari mihi videtur. Nam Classen cum verba πῶς οὐ δ. εἰ. et ἀλγοῦμεν eodem loco habita accipit pro verbis regentibus, concedit πῶς . . . ad praecedens enunt. rel. eadem ratione pertinere atque ἀλγοῦμεν ad οὓς . . . ἀπεκτείνατε — h. e. coniungi non posse cum ἐπιθέμενοι δὲ . . . — Ad talem vero explicandi modum puto Classenium eo adductum esse, quod voluit notionem verbis τὰ μὲν ὁ. οὐκ ἀ. oppositam, quae est in verbo ἐπιθέμενοι, ipsam quoque expressam esse verbo finito quod grammatici dicunt. Constat autem Graecos scriptores, imprimis historicos haud ita raro in periodis

qua sententia utuntur Thebanorum legati apud Lacedaemonios verba facientes, dum Plataeenses arguunt, quod urbe sua ab illis oppressa — id quod iure factum sit — ubi cognoverint numerum Thebanorum esse parvum, non minus crudeliter quam dolose eos trucidaverint.

Alterum autem habes II, 43, 6 in Periclis epitaphio:

ἀλγεινοτέρα . . . ἀνδρὶ φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις ἢ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος —

quibus orator praedicat exemplo occisorum Atheniensium probari qualem esse oporteat boni civis mentem. — —

Sed non esse e re — sic pergit Cicero — in eis quae acta sint, diutius versari. De futuris potius esse cogitandum[1]) atque cavendum, ne iterum talia accidant. Quod in praesenti rerum condicione sine magna difficultate fieri posse. Illud

---

bipartitis alteram notionem quae exhibet oppositionem, participio exprimere pro legitime ponenda alia verbi forma neque Thucydidem qua libertàte omnino utatur anacoluthis quae dicuntur, hoc evitasse. Ita fit, ut nostro loco legas *ἐπιθέμενοι* ... pro *ἐπέθεσθε δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν* — quae exspectantur pro accurata concinnitate post ea quae praecedunt. Similia liceat laudare anacolutha haec:

Thuc. VI, 17, 3: *ὅ τι δὲ ἕκαστος ἢ ἐκ τοῦ λέγων πείθειν οἴεται ἢ στασιάζων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λαβὼν ἄλλην γῆν, μὴ κατορθώσας, οἰκήσειν, ταῦτα ἑτοιμάζεται* — ubi potius exspectas pro *λαβὼν* — *ἂν λαβεῖν* et pro *οἰκήσειν* — *οἰκήσων*.

cf. etiam hos locos, quibus tamen structuram habes longe simpliciorem.

Herod. IX, 56: *οἱ μὲν .. τῶν τε ὄχθων ἀντείχοντο καὶ τῆς ὑπωρέης . . . . . . Ἀθηναῖοι δὲ κάτω τραφθέντες ἐς τὸ πεδίον.*

Xen. An. I, 3, 8: *ὁ δὲ ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε, λάθρᾳ δὲ. .. πέμπων αὐτῷ ἄγγελον ἔλεγε* ... —

Faciamus igitur cum Poppone, cui obtemperaverunt excepto Classenio, quem tamen iam Steupius correxit, omnes posteriores, ita ut referamus *ἐπιθέμενοι* non minus ad *ἀπεκτείνατε* quam ad *διεφθείρατε* et vertamus: „sed oppressionem fecistis neglecta pactione, in quo (de eis) quos comminus interfecistis, minus conquerimur, ... (de eis vero) quos ut supplices . . . . trucidastis . . . . turpissime egistis.“ — Quid vero ante utrumque pron. rel. mente subaudiendum sit, ne nimis subtiliter inquiramus; satis enim notus est usus rel. pron. liberius usurpati cum in universa Graecitate tum apud Thucydidem observatus. cf. II, 44, 2: *χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα πείθειν ὄν, ὧν καὶ πολλάκις ἕξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις* — et al.

[1]) De hoc loco (c. 31, § 1) vide infra pag. 34.

enim solum opus esse eos curare, ne nimia gravitate consulatur in eos qui imprimis auctores belli civilis exstiterint maximaque usi sint licentia.

οὐδὲ γὰρ (c. 32, § 1) *δικάζετέ τισιν ἐν τῷ παρόντι, ὥστε τὸ πάνυ ἀκριβὲς δίκαιον ζητηθῆναι δεῖν, ἀλλὰ βουλεύεσθε περὶ τῶν ἐνεστηκότων ὅπως ὡς ἀσφαλέστατα καταστῇ.*[1])

Neminem puto esse qui infitietur haec scriptorem hausisse e contione Diodoti, qui adversatus Cleoni Atheniensibus commendat clementiam in Mytilenaeos exercendam, qua agendi ratione non minus ipsorum civitatis bonum in posterum statum sint curaturi

(Th. III, 44, 4): *ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα πρὸς αὐτούς, ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσιν.* —

Itaque quaecunque usu venerint, orator monet cives, ut sint immemores veniamque inter se dent; hoc enim rerum condicioni maxime convenire, nam

* *δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους* (c. 32, § 4) *μὴ τὸ πάντῃ δίκαιον ἐξακριβοῦντας βλάπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ προσχρωμένους σώζεσθαι.*

Verbis aliquatenus mutatis haec transtulit Dio ex eadem Diodoti oratione, qui a nimia severitate cives deterrere studet his (Th. III, 46, 4):

οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλάπτεσθαι ἢ ὁρᾶν ὅπως . . . μετρίως κολάζοντες ταῖς πόλεσιν ἕξομεν . . . ἰσχυούσαις χρῆσθαι.

Respondent inter se praeter verba perspicue mutuata Thucydideum *μετρίως κολάζοντες* et Cassianum *τῷ ἐπιεικεῖ.*

---

[1]) Thucydidis auxilio cognoscimus suo iure veteres interpretes scripturam codicis Med. a secutos esse, quae praebet *δικάζεσθε βουλεύεσθε* pro vulgato *δικάζεται βουλεύεσθαι.* Concinnitas enim periodi apud illum observata sic ne in huius quidem sententia desideratur. Ceterum Thucydidis loco evidenter confirmatur coniectura Xylandri, qui pro traditis *ὡς τό τε πάνυ ἀκριβὲς* — post eum etiam Leunclavio suspectis, qui tamen *τό γε* scribere maluit — primus posuit *ὥστε τὸ πάνυ ἀκριβὲς δικ. ζητ. δεῖν,* de quibus quod Sturzio non persuasit, magnopere miror.

Iam quoniam ad finem pervenimus in laudandis eis sententiis, quas Dionem e Thucydide mutuatum esse apertum est, transeamus ad ea, quae probabilitatem tantummodo imitationis exhibent.

Atque initium orationis facit haec sententia:

ἀεὶ μὲν ἔγωγε οἶμαι χρῆναι μηδένα μηδὲν μήτε πρὸς χάριν μήτε πρὸς φιλονεικίαν λέγειν, ἀλλ' ὃ βέλτιστον ἕκαστος εἶναι νομίζει, τοῦτ' ἀποφαίνεσθαι. *

Cum his conferas a quibus Hermocrates Syracusanus contionem incipit habitam apud legatos Graecorum Siciliae oppidorum, qui Gelam convenerant de pace domestica componenda inter se collocuturi (Thuc. IV, 59, 1):

οὔτε πόλεως ὢν ἐλαχίστης . . . τοὺς λόγους ποιήσομαι οὔτε πονουμένης μάλιστα τῷ πολέμῳ, ἐς κοινὸν δὲ τὴν δοκοῦσάν μοι βελτίστην γνώμην εἶναι ἀποφαινόμενος. — *

c. 25, § 7 legis:

οὐδὲ γὰρ ἀσαφεῖ τινι ἐνθυμήσει τἀφανὲς τῆς ἐλπίδος ἀναῤῥίψετε, ἀλλ' ἐχεγγύῳ πίστει τὸ βέβαιον τοῦ λογισμοῦ προνοήσετε —

quibus verbis Cicero postquam de variis Romanorum inter se discordiis et priscis et recentioribus disputavit, cives hortatur, ut ex illis rebus doctrinam hauriant et certam considerationem incertae spei praeferant.

In his autem, etsi diversa loquendi ratione usus est Dio, latere mihi videntur duo loci Thucydidei, quorum alter est II, 42, 4:

ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες —

id quod Pericles laudi tribuit civibus primo belli anno occisis; alterum habes II, 62, 5, qua parte idem Athenienses consolatus de detrimentis bello acceptis commonefacit de ratione et consilio quae illorum propria sint, quibus maximopere praestent Lacedaemoniis:

ἡ ξύνεσις . . . ἐλπίδι ἧσσον πιστεύει, ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ[1]) *ἡ ἰσχύς, γνώμῃ δὲ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια.* —

[1]) Haud scio an si statuas inter se quodammodo respondere ea q. s. apud Thuc. c. 62, 5 *ἧς (ἐλπίδος) ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχὺς* et apud Cass. *ἀσαφεῖ τινι ἐνθυμήσει* — quoniam et in *ἀσαφὴς* et in *ἄπορος* vis latet eius q. e. „incertum“ — iure tuo praeferas Classeni Thuc. verborum interpretationem: „die nur da, wo eine sichere Berechnung nicht möglich ist, ihre Wirkung thut“ Kruegerianae, quae est: „deren Machtbereich in der Not, Verlegenheit liegt, wo die Menschen, von andern Mitteln entblösst, von der Hoffnung Hilfe erwarten“.

c. 29, § 2 orator persecutus mala bellis internis civitati Romanae illata exponit necessario seriem flagitiorum fieri infinitam, ubi facinorum poena sumatur facinoribus et ipsis omni humanitate clementiaque neglecta;

* τό τε γὰρ εὐτυχῆσαν ὕβρει τε πλεονάζει καὶ οὐδένα ὅρον τῆς πλεονεξίας ποιεῖται.[1])

Concordant haec nonnihil cum eis quae exstant III, 45, 4, ubi Diodotus Mytilenaeos defendens explicat vitae humanae condiciones necessitatibus quibusdam contineri, quae hominum libidines excitent.

ἡ δ' ἐξουσία ὕβρει τὴν πλεονεξίαν (παρέχουσα) καὶ φρονήματι . . . . . . ἐξάγει ἐς τοὺς κινδύνους. —

cap. 31, § 1 Cicero in sententiarum conexu p. 31 indicato haec habet:

* καὶ τὰ μὲν ἤδη συμβεβηκότα τί ἂν ἐπὶ πλέον ὀδυραίμεθα; . . . . . . τῶν δὲ δὴ μελλόντων προϊδώμεθα.

Similiter contionantur Corinthii Thuc. I, 123, 1:

τὰ μὲν οὖν προγεγενημένα τί δεῖ μακρότερον ἢ ἐς ὅσον τοῖς νῦν συμφέρει αἰτιᾶσθαι; περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων[2]) . . . χρὴ ἐπιταλαιπωρεῖν. —

Finem denique orationis facit Cicero ita ut dicat in eis quae exposuerit, interim acquiescendum esse: si res postulent, iterum se esse verba facturum.

* (c. 33, § 5) ἐπειδὰν δὲ καταστῇ τὰ πράγματα, τότε καὶ περὶ τῶν λοιπῶν σκεψόμεθα.[3])

Idem spondet Pericles in fine contionis qua bellum commendavit (Thuc. I, 144, 2):

ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν (sc. quae pertinent ad ἐλπίδα τοῦ περιέσεσθαι) καὶ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἅμα τοῖς ἔργοις δηλωθήσεται. —

---

[1]) De verbis cf. etiam Thuc. I, 120, 4: ὁ . . ἐν πολέμῳ εὐτυχίᾳ πλεονάζων οὐκ ἐντεθύμηται . . . . —

[2]) Krueger (ed. ad l. et Krit. Anal. p. 138) delet μελλόντων propter pleonasmum quem faciant verba τῶν ἔπειτα μελλόντων. Equidem, si quid re vera est delendum, potius cum schol. eiciam ἔπειτα Dionis loco laud. motus. Recte vero Poppo in ed. min. ad l. contulisse mihi videtur dictionem ἐν τῷ τότε παρόντι quae exstat c. 95, 7, necnon monuisse ambo verba superiori προγεγενημένα melius respondere. Nil igitur mutaverim.

[3]) cf. etiam D. C. 52, 19, 6: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου αὖθις ἀκριβέστερον σκεψόμεθα ἃ χρὴ πρᾶξαι.

Sequantur duae orationes quae leguntur l. LII, cc. 2—13 et 14—40, quarum altera, ut Dio narrat, ab imperio suscipiendo Octavianum deterrere conatur Agrippa, altera Maecenas vehementer commendat singulare regimen omnia quibus sit praeditum bona accuratissime persecutus. Atque huic principatum concedamus. Quae quamvis omnium quas Dio operi suo inseruit contionum longe amplissima sit, tamen haud ita multos exhibet locos, quorum sive totus habitus sive singulae sententiae colorem prae se ferant Thucydideum. Caussam apparere puto. Nempe indoles atque consilium huius orationis, quippe qua et unius dominatio summa afficiatur laude et instituta qualibus Romanos uti oporteat, subtiliter enumerentur et examinentur, tale est, ut simile quidquam apud Thucydidem omnino non possis exspectare. Itaque statim mediae orationis locum eum aggrediamur, quo Maecenas exponit qua ratione imperatorem uti oporteat adversus eos cives, quorum consilia palam et libere pronuntiata publico arbitrio aut placuerint aut improbata sint. Sunt autem eius verba (c. 33, § 7):

καὶ τοὺς μὲν τυχόντας τῆς γνώμης καὶ ἐπαίνει καὶ τίμα,
. . . τοὺς δ' ἁμαρτόντας μήτ' ἀτιμάσῃς ποτὲ μήτ' αἰτιάσῃ.

Simili modo apud Athenienses contionatur Diodotus, cum eis exprobrat, quod de eis quae publico a quibusdam moneantur, falsum soleant ferre iudicium (Thuc. III, 42, 5):

χρὴ τὴν σώφρονα πόλιν . . . . . τὸν μὴ τυχόντα[1]) *γνώμης οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν —*

quae quamvis prioris partis forma apud utrumque sit alia, Dio tamen memoria tenuisse mihi videtur. —

Paulo infra (c. 31, §§ 6 et 7) Maecenas Octaviano suadet,

---

[1]) Doederleinium (Neues Archiv I. 1. p. 139) male usum absolutum verbi *τυγχάνειν*, qui IV, 63, 2 necnon al. redit, hoc loco statuisse ita ut *γνώμης* ad *ζημιοῦν* referret, et recte adnotaverunt Poppo atque Goeller et docet locus Dionis comparatus, ubi *οἱ τυχόντες τῆς γνώμης* eidem sunt de quibus antea (§ 6) Maecenas dixit: *ἂν ἀρεσθῇς τοῖς λεχθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν.* — cf. etiam Thuc. II, 35, 3: *τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν.*

ut ea tantum peccata vindicet, quae publice facta sibique delata sint. Cetera a singulis clam commissa scienda quidem esse, ne ad ullum munus ministris utatur ineptis, minime tamen conducere quaecunque quis exquisiverit animadvertere.

πολλὰ γὰρ ἡ φύσις καὶ παρὰ τὸν νόμον πολλοὺς ἁμαρτάνειν ἐξάγει — et § 7: *ὁ μὲν γὰρ νόμος, καίτοι ἰσχυρὰ τὰ κολάσματα ἀναγκαίως ποιούμενος, οὐ δύναται τῆς φύσεως ἀεὶ κρατεῖν.*

Haud scio an in his scribendis Dio memor fuerit eiusdem Diodoti contionis, qui (c. 45, 3) ut Atheniensium voluntatem Mytilenaeis conciliet, scelerum cupiditatem humani generis commune vitium esse statuit his:

πεφύκασί τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν, καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅστις ἀπείρξει τούτου[1])

quae respondent priori parti Cassianorum quae supra laudavi, cum sententiam eorum quae restant, habeas in his Thucydideis (c. 45, 7):

ἁπλῶς τε ἀδύνατον[2]) . . . *ὅστις οἴεται τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης προθύμως τι πρᾶξαι ἀποτροπήν τινα ἔχειν . . . νόμων ἰσχύϊ.*

Atque ut hanc Diodoteam orationem absolvamus, et is Athenienses et Maecenas Octavianum monet, ne verborum quorundam dulci sono decipiantur. Thuc. c. 44, 4:

* *καὶ οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς τῷ εὐπρεπεῖ τοῦ ἐκείνου λόγου τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ ἀπώσασθαι* —

---

[1]) Litschius l. l. p. 34 praeterea bene affert haec (Thuc. III, 84, 2): . . *τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἀδικεῖν . . . ἐδήλωσεν* e. q. s. —

[2]) Oncken (Eos I. p. 315) pro *ἀδύνατον* scribi iussit *ἀξύνετος*. Falso autem et aliis et mihi — Dionis verba *οὐ δύναται τ. φ. κρατεῖν* conferenti — referre videtur *ἀδύνατον* ad ea q. s. *ὅστις οἴεται.* Quod si suo iure faceret, libentius coniecturae eius fidem haberemus. Sed coniungamus potius *ἀδύνατον* cum eis quae infra leguntur *ἀποτροπήν τινα ἔχειν* et accipiamus verba *πολλῆς εὐηθείας ὅστις οἴεται* universa pro una notione eaque illi *ἀδύνατον* convenienti („man darf nicht glauben"). Atque sic non construere omnino nequaquam licet; efficitur enim, ut puto, contradictio inepta, si orator eandem rem (*οἴεσθαι*) et fieri non posse et stulti esse statuit. De structura q. e. *πολλῆς εὐηθείας ὅστις οἴεται,* quam idem Oncken ut ineptam mutatione quam proposuit sibi videtur emendare, vide Kruegerum Gr. Gr. § 51, 13, 11 exempla afferentem satis multa.

quibus Diodotus Cleoni ante se contionato crimini dat, quod eius oratio magis idonea sit ad oratoris eloquentiam ostendendam quam spectet utilitatem civitatis.

Apud Dionem c. 14, § 3 legis:

διόπερ καὶ σὲ ἀξιῶ μὴ πρὸς τὰς εὐπρεπείας τῶν ὀνομάτων ἀποβλέψαντα ἀπατηθῆναι —

quae Maecenas dicit persuasurus Octaviano perperam quem impulsum illis nominibus qualia sint „libertas“ „aequum ius“, similibus, imperium populare pro optima reipublicae constitutione habere. Ubi enim administratio sit penes populum, omnibus civibus cum bonis tum malis nimiam faciendi libertatem esse concessam. Quod reipublicae perniciei esse. Suscipiat igitur Octavianus summam rerum civium optimis adiutoribus plebisque libidinum finem efficiat

ἵνα (eadem § 3) *βουλεύωσι μὲν οἱ φρονιμώτατοι, ἄρχωσι δὲ οἱ στρατηγικώτατοι, στρατεύωνται δὲ καὶ μισθοφορῶσιν οἵ τε ἰσχυρότατοι καὶ οἱ πενέστατοι.* *

Recordatus esse videtur Dio cum haec scriberet — licet membra singula uno excepto inter se differant — Thucydidis locum hunc (VI, 39, 1):

(ἐγώ φημι) . . . φύλακας μὲν ἀρίστους εἶναι χρημάτων τοὺς πλουσίους, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετούς, κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλοὺς —

quae singula Athenagoras adversatus studiosis *ὀλιγαρχίας* quos putat, apud Sicilienses numerat in bonis civitatis popularis. —

In eis quae sequuntur apud Dionem usque ad cap. 19 quamquam ampliora non exstant quae verbotenus e Thucydide exscripta esse statuamus, tamen quaedam inveniuntur, quibus nisus dicas Dioni in hac parte concipienda Thucydidem saltem obversatum esse. Attendas autem animum primum ad orationis funebris Pericleae eum locum (Thuc. II, 37, 1), ubi orator conformationem reipublicae Atheniensium laudat his:

μέτεστι . . . κατὰ μὲν τοὺς νόμους . . . πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐδ'[1]) *ἀπὸ γένους*[2]) *τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτι-*

[1]) *οὐδὲ* pro *οὐκ* Lipsium secutus scripsi.

[2]) Dolendum est quod ad corrigenda verba tradita *ἀπὸ μέρους*, quae explicatione probabili carent, e Dione nil lucri potest repeti, quoniam aliae sunt Romanorum res publicae a Maecenate tactae, aliae Athenien-

μᾶται οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται.

Quae haec periodus continet, singula deprehendis apud Dionem tribus locis. Atque qua laude Pericles ornat popularem statum, eam Maecenas tribuit singulari imperio, cum dicat

* c. 14, 5: . . . *αὕτη δὲ* (sc. *ἐλευθερία ἀσφαλής* quam praebeat *μοναρχία* sola) . . *τὸ ἴσον ἅπασι κατὰ τὴν ἀξίαν ἀπονέμουσα* . . .

* c. 15, 3: *ἵνα . . . οἵ τι ἐγχειριζόμενοι ἀπ' ἀρετῆς, ἀλλὰ μὴ κλήρῳ καὶ σπουδαρχίᾳ ἀποδεικνύωνται.*

Adde c. 19, 2 illud a Maecenate Octaviano commendatum:

μὴ μέντοι καὶ διὰ πενίαν τινὰ ἀγαθόν γε ἄνδρα ὄντα ἀπαλλάξῃς (sc. e senatu). —

Porro idem dictum, quamquam alioquin enuntiatorum ratio est diversa, terminat haec Cassiana (c. 17, 1):

* *οὐδὲ γὰρ . . . ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τι βουλευόμεθα, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀπολέσαι καὶ προσέτι κινδυνεῦσαι* —

quibus Maecenas exponit Octavianum imperium oblatum non sine periculo recusaturum esse —

necnon inest in verbis Atheniensium s. l. (pag. 14) q. s. (Thuc. I, 76, 1):

. . . *ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν.*

Statim in sequentibus, ut paulisper in eadem Atheniensium contione moremur, regnandi cupiditatem neque dignam esse quae damnetur et omnino hominibus natura insitam qui verba faciunt his explicant:

(§ 2) *οὕτως οὐδ' ἡμεῖς θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου, εἰ ἀρχὴν διδομένην ἐδεξάμεθα.* —

Cunctantem Octavianum Maecenas idem commonefacit eisdem fere verbis (c. 18, 1):

πρῶτον μὲν γὰρ . . . οὔτ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου τὸ ἐπιθύμημά (sc. *τῆς ἀρχῆς*) *ἐστι καὶ καλὸς ὁ κίνδυνος αὐτοῦ.* — —

Restant duo loci qui sunt sub finem orationis, quos Dio-

---

sium. Equidem cum Herwerdeno mutaverim in *ἀπὸ γένους*, quippe quae notio et efficiat oppositionem aptissimam et optime conveniat in Lacedaemoniorum statum publicum, ad quem alludere videtur orator.

nem composuisse Thucydidem imitatum equidem crediderim. Atque c. 30, 1 Maecenas Octaviano suadet, ut urbem Romam et aedificiorum magnificentia et ludorum splendore quam maxime praeter ceteras ornet, causa allata hac:

φέρει πως καὶ τὰ τοιαῦτα πρός τε τοὺς συμμάχους αἰδῶ καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους κατάπληξιν. *

Nescio an deprompserit quae his subest sententiam Dio ex Alcibiadis contione ea qua studet se defendere apud Athenienses a Niciae intentionibus (Thuc. VI, 16—18). Dicit autem de sumptu suo Olympico haec (c. 16, 2):

νόμῳ μὲν γὰρ τιμὴ τὰ τοιαῦτα, ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται —

et paulo infra (§ 3) de divitiarum suarum ostentatione Athenis palam facta:

τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, πρὸς δὲ τοὺς ξένους καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται. — —

c. 35, 5 M. Octavianum monet, ne unquam studio gloriae commotus monumenta vel statuas splendidas exstrui sinat, cum ad aeternam inter homines memoriam talia nil valeant. Virtute enim sola deis similes fieri homines, opera vero humana neminem unquam deum esse factum.

ὥστε σοὶ μὲν ἀγαθῷ τε ὄντι . . . πᾶσα μὲν γῆ τεμένισμα ἔσται, πᾶσαι δὲ πόλεις ναοί.

Haec scripsit Dio memor illius Pericleae sententiae (Thuc. II, 43, 3):

ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. — —

Finem autem huius orationis tractandae, ne silentio praetermittam quae sint minoris momenti, faciam locutione quae legitur c. 31, 8 hac:

(χρὴ σε) . . . καὶ μηδ' ἐς ἔννοιάν ποτε μήτ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι μήτε τοὺς ἄλλους προάγειν . . . .

quam debet Dio Thucydidi, apud quem exstat IV, 92, 1:

χρῆν μὲν . . . μηδ' ἐς ἐπίνοιάν τινα[1]) ἡμῶν ἐλθεῖν —

et III, 46, 6: ὅπως μηδ' ἐς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι.

[1]) Accusativum τινα subiecti loco, non pro τινος — id quod Portus statuit — esse positum totamque structuram pro personali esse accipiendam demonstres et altero loco Thuc. laud. et Dionis comparato.

His Maecenatianis quae opposita est Agrippae dissuasionem cum perlegerem, primo obtutu in una tantum sententia haesi ut Thucydidea. Quam legis c. 7, 4:

* *τοὺς γὰρ βιάζεσθαι δυναμένους οὐδεὶς δικάζοντας δικαιοπραγεῖν πιστεύει.*

Exposuit antecedentibus Agrippa, quanta cum difficultate imperator poenas facinorum constituat iuste. Munus enim iudiciale si deferat aliis, periculum esse ne iustitia neglecta sententias ferant a quibus ille dissentiat, ut speciem aequitatis ostendant. Si ipse arbiter exsistat, futurum esse ut nonnulli ab eo magis ira odiove quam iustitia commoto damnari videantur.

Contendas cum his quae exstant apud Thuc. I, 77, 2:

βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται —

pronuntiata ab Atheniensium legatis, qui contra Corinthios statuunt immerito in urbem suam conici opprobrium *φιλοδικίας*, qua utatur adversus socios eosque qui praeterea illius imperio pareant. Alios enim, qui et ipsi principatum obtineant, vi opprimere imperio suo subiectos, illam per lites suum ius exsequi solere. — —

De ceteris quae laudaturus sum, perspicua imitatio non potest statui. Digna tamen mihi videntur esse, quibus locum saltem tribuam. —

Similibus verbis Agrippa disputat de *ἰσονομίας* ratione atque Athenagoras, qui in contione supra (pag. 37) laud. Siciliensium iuvenes nobili loco ortos arguit, quod semper horribiles dispergendo rumores plebem perterruerint, ut ipsi quam celerrime munera honoresque adipiscerentur, atque tum de Atheniensium classe appropinquante falsa promulgaverint (Thuc. VI, 38, 5):

(ἀλλὰ [βούλεσθε] δὴ μὴ μετὰ πολλῶν ἰσονομεῖσθαι;) καὶ πῶς δίκαιον τοὺς αὐτοὺς μὴ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι;

Agrippae autem popularem statum laudantis verba haec sunt (c. 4, §§ 1 et 2):

* *ἡ . . ἰσονομία . . . τὸ ἔργον δικαιότατον ἔχει . τὴν . . γὰρ φύσιν τὴν αὐτὴν τινας εἰληχότας . . . πῶς οὐ δίκαιον καὶ τἄλλα πάντα κοινοῦσθαι;* —

Paulo infra idem singulari imperio similia crimini dat atque Athenagoras l. l. paucorum dominationi.

Dio § 4: *τὸ ἀνθρώπειον . . . οὐχ ὑπομένει τῶν μὲν πόνων καὶ τῶν κινδύνων τῶν τε δαπανημάτων μετέχον, τῆς δὲ κοινωνίας τῶν κρειττόνων στερόμενον.*

Thuc. c. 39, 2: *ὀλιγαρχία δὲ τῶν μὲν κινδύνων τοῖς πολλοῖς μεταδίδωσι, τῶν δ' ὠφελίμων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ἀφελομένη ἔχει.* —

Addere liceat locutionem q. e. *ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶσθαι*[1]), quam Dio debere videtur Thucydidi. —

Audita utraque oratione quam modo tractavimus Octavianum Dio narrat gratias egisse et Maecenati et Agrippae, quod libere quae sentirent elocuti essent. Illius tamen consilium magis ei esse probatum. Itaque statim eum coepisse quaedam a Maecenate commendata instituenda curare. (c. 41, 1). Quo quamquam factum esset, ut gratiam et amorem civium sibi conciliaret, tamen eum voluisse imperium sibi ab illis volentibus confirmari neque eos ad hoc faciendum vi coactos esse videri. Itaque septimum consulatum ineuntem, cum ad id studiosissimum sui quemque senatorum comparavisset, in senatum venisse orationemque habuisse talem qua speciem se abdicandi imperio praebuisset. (l. LIII, cc. 3—10). De qua iam videamus.

Exorditur Octavianus a verbis his (c. 3, 1):

ἄπιστα μὲν εὖ οἶδ' ὅτι δόξω τισὶν ὑμῶν, ὦ πατέρες, προῃρῆσθαι · . . . . . καὶ προσέτι καὶ γιγνώσκω τοῦθ' ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι λέγοντες οὐχ ὅσον οὐ πείθουσί τινας, ἀλλὰ καὶ κόβαλοι δοκοῦσιν εἶναι.

Audiamus Hermocratem Syracusanum, quem cum de Atheniensium expeditione Siciliam nuntiatum esset, contione convocata cum pars Siciliensium fidem haberet, pars de vano rumore cogitaret, studuisse Thucydides narrat veritatem nuntii allati probare civesque esse hortatum, ut omnibus viribus bellum pararent. Dicit autem oratione sua ineunte (Thuc. VI, 33, 1) haec:

---

[1]) Dio c. 4, § 2: *πῶς δ' οὐκ ἄριστον* (sc. *τὴν φύσιν τὴν αὐτήν τινας εἰληχότας*) *ἐν μηδενὶ πλὴν ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶσθαι;*

Thuc. II, 37, 1: *. . . ἕκαστος . . . οὐδ' ἀπὸ γένους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶται.*

ἄπιστα μὲν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, δόξω ὑμῖν περὶ τοῦ ἐπίπλου τῆς ἀληθείας λέγειν, καὶ γιγνώσκω ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι ἢ λέγοντες ἢ ἀπαγγέλλοντες οὐ μόνον οὐ πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες δοκοῦσιν εἶναι[1]).

Lacunam vero, quam punctis significavi in Cassianis laudatis, explent haec:

* ἃ γὰρ αὐτὸς ἕκαστος τῶν ἀκουόντων οὐκ ἂν ἐθελήσειε ποιῆσαι, ταῦτ' οὐδὲ ἑτέρου λέγοντος πιστεύειν βούλεται, καὶ μάλισθ' ὅτι πᾶς παντὶ τῷ ὑπερέχοντι φθονῶν ἑτοιμότερον ἀπιστεῖ τοῖς ὑπὲρ ἑαυτὸν[2]) λεγομένοις — quorum priore parte verbis mutatis idem sensus exprimitur quem praebent haec Thucydidea (II, 35, 2):

μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· —

cum eis quae restant, Dio in unam sententiam cogat Periclea haec:

τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν — et paulo supra

διὰ φθόνον (sc. νομίσειεν ἂν πλεονάζεσθαι) εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι.[3]) — —

Extrema orationis parte Octavianus persequitur quae potissimum civibus observanda sint, si cupiant reipublicae prosperitatem tenere. Atque imprimis interesse docet leges

---

1) Iterum Dio hac sententia usus est in Octaviani contione apud milites ante pugnam Actiacam habita (l. L, c. 25, 5): ἄπιστα μὲν εὖ οἶδ' ὅτι καὶ θαυμαστὰ ταῦθ' ὑμῖν . . . . φαίνεται.

2) ὑπὲρ ἑαυτῶν, id quod libri exhibent, relatum ad collectivam notionem πᾶς — quo sensus fiat „eis quae de se ipsis dicantur" per leges grammaticas admitti posse Krueger Gr. Gr. § 58, 4, 5 exemplis satis multis allatis docuit. Contra, si tenemus ἑαυτῶν, sensus efficitur si non ineptus, attamen huic sententiarum seriei minime accommodatus. Eleganter igitur Reiskius ἑαυτὸν scribi iussit, id quod et iam Reimarus iudicavit et Thucydideis q. s. εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι — confirmatur.

3) Cassianis quae laudavi ὅτι πᾶς παντὶ . . . . λεγομένοις et ipsis collatis διὰ φθόνον referenda esse censebimus ad νομίσειεν ἄν. Verba διὰ φθόνον νομίσειεν ἂν πλεονάζεσθαι respondent Cassianis φθονῶν . . . ἀπιστεῖ. — Exposui de hac re uberius pag. 52 adn.

receptas probatasque firmiter retinere neque quidquam de eis mutare.

τὰ γὰρ ἐν ταὐτῷ μένοντα (c. 10, 1), κἂν χείρω ᾖ, συμφορώτερα τῶν ἀεὶ καινοτομουμένων, κἂν βελτίω εἶναι δοκῇ, ἐστίν.

Recordaturum esse credo, quicumque haec legerit, sententiam hanc (Thuc. III, 37, 3):

. . . μηδὲ γνωσόμεθα ὅτι χείροσι νόμοις ἀκινήτοις χρωμένη πόλις κρείσσων[1]) ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις[2]) — quae legitur in Cleonis saepius laud. contionis primo capite, quo is inconstantiam Atheniensium indignatur, quae cum alias tum in iudicio de Mytilenaeorum defectione ferendo apparuerit. — —

cap. 9, § 6 Octavianus ubi causis effuse explicatis arma, provincias, reditus, leges Romanis se reddere pronuntiavit, haec addit:

τοσοῦτον μόνον ὑπειπὼν, ἵνα μήτε τὸ μέγεθος ἢ καὶ τὸ δυσμεταχείριστον τῶν πραγμάτων φοβηθέντες ἀθυμήσητε, μήτ' αὖ καταφρονήσαντες αὐτῶν ὡς καὶ ῥᾳδίως διοικεῖσθαι δυναμένων ἀμελήσητε. *

Ad haec conferas Hermocratis verba ad Atheniensium expeditionem pertinentia (Thuc. VI, 33, 3):

ὁρᾶτε . . . ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτοὺς καὶ μήτε καταφρονήσαντες ἄφρακτοι ληφθήσεσθε μήτε ἀπιστήσαντες τοῦ ξύμπαντος ἀμελήσετε. —

---

[1]) Quod Boehme, qui placuit Classenio, vocis κρείσσων vim q. e. „mächtig" premit ut propriam ita ut eam, qua Poppo et Krueger verterunt „besser daran, besser bestellt" — in dubium vocet, ab eo dissentio. Nam praeterquam quod ea comprobatur exemplis, quae Poppo (ed. min. adn. ad l.) attulit Sophocli debitis — quibus facile quis poterit addere plura ex aliis scriptoribus hausta — hoc loco per sententiarum conexum non tam requiritur notio maioris potentiae quam melioris interni status. Atque nescio an quis praeterea moveatur, ut illam notionem praeferat, Dionis loco comparato, apud quem ipsum quoque sermo est de statu intestino reipublicae.

[2]) cf. etiam Thuc VI. 18, 7: . . . γιγνώσκω . . τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν, οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσιν — quibus Alcibiades Athenienses monet, ne otio indulgentes insueto expeditione Siciliensi desistant.

Multo parcius quam in contione cui primae intenti fuimus, Dio Periclis oratione funebri usus est in utroque epitaphiorum quos ipse composuit. Sed ne separato quidem Pericleo epitaphio Cassiani multa Thucydidea praebent. Itaque statuendum est Dionem in his conscribendis cuncta fere ex ipsius ingenio hausisse, nisi quod de materia disponenda necnon de exordiis elaborandis — id quod accuratius exponemus — Thucydidis exemplum non plane neglexit.

Aggrediamur autem priorem Antonii in honorem Caesaris occisi et palam propositi habitum, qui legitur l. XLIV, cc. 36—49, quippe in quo scribendo plura quam in altero Thucydidea Dio in suum usum converterit. Atque ut a dispositione initium capiamus, et Pericles et Antonius laudationi ipsi praemittunt exordium (Thuc. c. 35; Dio c. 36), quo uterque audientes monet de difficultate muneris a se suscepti. Ad similem autem his in partibus seriem sententiarum infra revertemur.

Laudationem ambo incipiunt a maiorum gloria.

Thuc. II, 36, 1: *ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον·*

Dio c. 37, 1: *λέξω δὲ περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ πρῶτον·* —

Tum et Pericles (c. 36, § 2) et Antonius (c. 38) pergunt ad describendos mores eorum quos laudant, id quod eos de singulis ratione prorsus diversa instituere per se ipsum apparet. Ceterum non est quod possis in communibus habere, nisi forte vis statuere utrumque oratorem partem peculiarem rebus ad bellum pertinentibus concedere (Thuc. c. 39; Dio cc. 41 sequ.).

De exordio vero praemonendum est Dionis imitationem minus pertinere ad singula enuntiata vel verba quam ad totam indolem sententiarumque ordinem. Videtur autem e re esse omnia quae prologi sint contexta proferre — etsi quos laudabo loci non sunt aequa vi atque auctoritate — quoniam haec sola pars plura exhibet ad nostrum consilium pertinentia tota contione reliqua.

Videamus autem de singulis.

§ 2 apud Thuc. Pericles proponit difficultatem quae exsistat oratori offendendi neminem audientium:

χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται.

Antonius iuxta Caesarem mortuum mutatis verbis eundem exprimit sensum:

(Dio c. 36, 3): *εὖ μὲν γὰρ οἶδα τοῦθ' ὅτι χαλεπόν ἐστι τῆς διανοίας ὑμῶν τυχεῖν* — et paulo infra: *
καὶ ὑμεῖς τὰ βουλήματα ἄπληστα ἐξ ὧν σύνιστε ἔχοντες οὐκ εὐχερεῖς αὐτῶν κριταὶ γενήσεσθε.

In eisdem Antonianis, quibus adiungas haec
(§ 5): *τὸ δὲ ὑμέτερον ἀκόρεστον ὑπὸ τῆς εὐνοίας ἐξ ἀνάγκης γίγνεται* —
(§ 4): *νῦν δ' ὑπὸ τοῦ συνήθους ἔλαττον ἀνάγκη ἐστὶ πᾶν τὸ λεχθησόμενον τοῦ πεπραγμένου νομισθῆναι* —
habes Thucydidea (§ 2):
ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι. —

Paulo supra (§ 4) apud Dionem haec exstant:
εἰ μὲν γὰρ ἐν ἀγνῶσι[1]) *τισιν οἱ λόγοι ἐγίγνοντο, ῥᾷστον ἂν ἦν αὐτοὺς . . . πεῖσαι · νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ συνήθους* . . . e. q. s. *

Quae cum scriberet, haud scio an Dio memoria tenuerit orationis Plataeensium (Thuc. III, cc. 53 sequ.), qua student se defendere apud Lacedaemonios de inimicitiis quibus adversus eos usi sint, locum hunc:
(c. 53, § 4) *ἀγνῶτες μὲν γὰρ ὄντες ἀλλήλων . . . ὠφελούμεθ' ἂν · νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται.* —
His quae sunt § 5:
οἱ μὲν γὰρ ἀλλότριοι, κἂν ἀπιστήσωσιν αὐτοῖς (sc. *τοῖς λόγοις*) *διὰ φθόνον*[2]) — *
Dio amplexus est Thucydidea illa (§ 2):
ὅ τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι (νομίσειεν ἂν) διὰ φθόνον — et paulo infra
τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν. —

Denique eisdem fere verbis finem imponunt prooemio Pericles et Antonius.

---

[1]) Suo iure Xylandrum traditam vocem *ἀγῶσι* correxisse in *ἀγνῶσι* confirmatur non minus oppositis his: *νῦν δ' ὑπὸ τοῦ συνήθους* — quam collata sententia Thucydidea.

[2]) Hac quoque sententia comparata cum Thucydideis quae laudavi *ὅ τε ἄπειρος . . . διὰ φθόνον* adducimur, ut referamus in eis ea q. s. *διὰ φθόνον* ad *νομίσειεν ἄν*. cf. de hac re pag. 52 adn.

Thuc. § 3: χρὴ καὶ ἐμὲ . . . πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης[1]) τυχεῖν ὡς ἐπὶ πλεῖστον —
* Dio § 6: σπουδάσω δ' οὖν ἐπὶ μακρότατον τὰς βουλήσεις ὑμῶν ἀποπληρῶσαι. — —

Restat ut locum concedamus eis quae reliqua oratio praebeat imitando excogitatis — satis paucis — deinceps, prout maior est singulorum fides aut minor.

Atque initio capitis 38 Antonius postquam disputandi de Caesaris genere finem fecit, ad eius educationem et institutionem transit. Quam praeclarissimam fuisse rebus ab eo gestis comprobari.

ὅτι δὲ . . τὴν . . τροφὴν . . . . ἀκόλουθον τῷ τῆς εὐγενείας ὄγκῳ ἔλαβε, πῶς ἄν τις μᾶλλον κατανοήσειεν ἢ οἷς τὰ ἔργα πίστιν ἀναγκαίαν αὐτῷ παρέχεται;

Compares cum his Brasidae Lacedaemoniorum ducis apud Acanthi oppidi incolas verba quibus probaturus est iusiurandum a civibus suis initio belli datum — de quo ipse ineunte contione dixit: (Thuc. IV, 86, 1) ὅρκοις Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις ἦ μὴν οὓς ἂν ἔγωγε προσαγάγωμαι ξυμμάχους ἔσεσθαι αὐτονόμους — sincere esse factum, ita ut de rebus ab illis iam gestis moneat:

(c. 87, § 1) καὶ οὐκ ἂν μείζω πρὸς τοῖς ὅρκοις βεβαίωσιν λάβοιτε ἢ οἷς τὰ ἔργα[2]) ἐκ τῶν λόγων ἀναθρούμενα δόκησιν ἀναγκαίαν παρέχεται ὡς καὶ ξυμφέρει ὁμοίως ὡς εἶπον. —

Atque huic disciplinae omnifariae deberi, quod in Caesare maximae virtutes corporis et animi coniunctae fuerint.

καὶ διὰ τοῦτο (§ 6) οὐκ ἀπεικότως καὶ γνῶναι πᾶν τὸ

---

[1]) Si quos locos laudavi inter se contuleris, tibi persuadebis recte iam Portum veterem Thucydidis interpretem vertisse: „uniuscuiusque vestrum voluntati et opinioni satisfacere". De Krahueri explicatione pauca adnotavi ad D. C. LVI, 35, 3; vide pag. 51. cf. etiam nostrae orationis § 3: εὖ μὲν γὰρ οἶδα τοῦθ' ὅτι χαλεπόν ἐστι τῆς διανοίας ὑμῶν τυχεῖν.

[2]) Verba q. s. οἷς τὰ ἔργα e. q. s. iam vetustioribus, qui Thucydidi explicando operam navarunt, difficultates praebuerunt haud parvas. Atque quaestio de eis instituenda non minus pendet ex eo, quomodo accipias pron. rel. οἷς — utrum pro neutro an pro masculino — quam inde, quae ante οἷς animo subaudienda putes. Atque de priore quaestione consensus est inter editores necnon interpretes uno excepto Goellero, ad quem infra

δέον ὀξύτατα καὶ ἑρμηνεῦσαι πιθανώτατα . . . ἡδυνήθη.

Ad verbum fere haec exscripsit Dio e Thucydide, apud quem II, 60, 5 Pericles Atheniensium adversus se iram iniustam sedaturus suas virtutes in medium profert:

---

revertemur, ita ut masculum genus intellegant. De explanando vero eodem *οἷς* in plures abierunt partes. Atque quod Bauerus et Ducas solvunt in *ὅτι ὑμῖν* seu *εἰ ὑμῖν* (perperam scripsisse mihi videntur *ἐὰν* vel *ἐπειδὰν*, nam si pro eo positum esset, exspectaremus potius per sensum generalem *οἷς ἂν παρέχηται; οἷς* autem solum scriptum et cum indicativo coniunctum significat casum quem dicunt realem), recte iam Poppo ed. ma. III, 3, p. 284 monuit „cetera relativi pro illis coniunctionibus collocati exempla huic non prorsus similia esse“. Nam exempla, quae Matthiae in Gramm. Gr. §§ 480 et 481 adn. 1 attulit, ad quae illi videntur provocasse, diversa sunt omnia, ut in quibus relativum positum sit aut pro *εἰ* cum pronomine indefinito *τις* (ut § 481 d, adn. 1) aut pro *ὅτι* cum demonstrativo praecedente (ut § 480 c, 473 B).

Sequantur ei qui mente subaudiri quaedam iusserunt, ad quae spectet illud *οἷς*. Eorum primus Abreschius optionem dedit supplendi vel .. *ἢ λάβοιεν ἂν ἐκεῖνοι* vel . . . *ἢ εἶναι δεῖ* vel *ἢ ἔστιν ἡ βεβαίωσις ἐκείνοις* — ita ut *οἷς* referret ad Acanthios et *εἶπον* acciperet pro primae personae sing. forma. Secutus est Krohlius in opusculo quod inscribitur „quaestionum Thucydideorum specimen I.“ Qua explicatione quod Poppo censuit universam sententiam non expediri, non assentior; nam procul dubio fit sensus quidam prababilis, si vertis cum illis: „und ihr könntet wohl neben den Eidschwüren keine grössere Bürgschaft erhalten als sie solche Leute erhalten, denen die Betrachtung meiner Handlungen, an meinen Worten gemessen, die notwendige Überzeugung gewährt, dass es ebenso, wie ich gesprochen habe, für euch auch vorteilhaft sei.“ — Verumtamen neque haec enodatio mihi placet neque altera, quae primo debetur Kistemakero probataque est et Dobreeo et recentioribus tantopere, ut omnes fere eam sint amplexi. Subaudiunt vero ei *τούτων* seu *ἀπὸ τούτων*, id quod pendeat a voce *βεβαίωσιν* — relato pronomine *οἷς* ad Lacedaemonios proque dativo ethico quem dicunt accepto, *εἶπον* intellecto pro tertiae personae plur. forma — ita ut interpretentur: „als von seiten derer, (bei) denen die Thaten . . .“ Huic explanationi per usum grammaticum nil obstat; de rel. pronominis libero usu, quo enuntiatum rel. ad praecedentia potest adiungi contextu sententiarum satis laxo, cf. pag. 31 adn. et vide Kruegerum Gr. Gr. § 51, 13 adn. 11 et 14. Iniuria igitur Krohlius l. l. vituperasse videtur „eos, qui hanc explicationem secuti sint, non exposuisse quomodo, si verba *ἢ οἷς* explicaveris ‚quam ab iis, quibus‘ cum prioribus apte cohaereant.“

Equidem neque contra priorem neque contra posteriorem enodandi rationem habeo quae dicam nisi hoc unum utramque nimis remotam et arcessitam esse videri. Quaeris enim, si legisti verba q. s. *καὶ οὐκ ἂν*

. . ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. —

Nunquam eum ulla re, quae praeter exspectationem acciderit, esse oppressum neque de futuris deceptum.

* πάντα γὰρ ἀεὶ (§ 7) πρὶν ἀπαρτισθῆναι[1]) καὶ προδιεγίγνωσκε . . .

μείζω πρὸς τοῖς ὅρκοις βεβαίωσιν λάβοιτε — „quam qualem" (fidem) seu „quomodo comparatam" — minime „a quonam datam". Atque huic quaestioni optime responderi mihi videtur explicatione Goelleriana altera — nam posteriorem commendat et ipse Kistemakerianam — qua accepto pronomine οἷς pro neutro supplet ante οἷς nil nisi ἐκείνοις — interpretatus „neque praeter iusiurandum maiorem fidem accipere possitis quam ea (sive quam iis), quibus res ipsae cum verbis comparatae evincunt persuasionem ita conducere, ut dixi." — Atque sic iam Portus videtur intellexisse, cum simpliciter verterit „— quam ipsa facta, quae si . . ." Loquendi rationem sic effici duriorem Bloomfieldio et Popponi concedo; negaverim tamen eam explicari nequire. Interroganti enim post praecedentia „quam qualem" respondetur, ut paulo latius quae velim exprimam, „quam ea momenta, quibus res cum verbis comparatae . . ." — Quaestionem quae potest esse, ad quosnam utilitas, cuius mentio fit, spectet, recte diiudicasse mihi videtur Poppo ed. ma. III, 3, p. 284 ita ut eos intellegat, qui sunt βεβαίωσιν λαμβάνοντες. Illo autem suppleto pronomine ἐκείνοις s. ἐκεῖνα significari volo singula quae pertinent ad rationem Brasidae adversus ea oppida adhibitam, quae Lacedaemoniis iam portas aperuerant, de quibus Thucydides generalem in modum dicit c. 81, 2: τό τε γὰρ παραυτίκα ἑαυτὸν παρασχὼν δίκαιον καὶ μέτριον ἐς τὰς πόλεις — et paulo infra § 3: . . . δόξας εἶναι κατὰ πάντα ἀγαθὸς . . . —

Ut autem hanc enodationem amplectar, praeter ea quae exposui me movet imitatio Dionis, apud quem pronomen οἷς aliter intellegi prorsus nequit nisi pro neutro. Suppleas vero apud Dionem ipsum quoque ante οἷς — τούτοις, quo quae significantur, capitis eiusdem paragraphis sequentibus enumerantur. Hanc interpretationem necessariam esse concedes, nam si οἷς pronomen esset generis masculi, et flagitaremus in eis quae praecedunt, non πῶς τις, sed τίνες — et superflueret αὐτῷ ante παρέχεται. — — Videmus igitur nostrum locum Thucydideum explicari posse et falso eum corruptum iudicasse Bloomfieldium, quem quod fugit Cassii imitatio, valde miror.

[1]) Traditum est hoc loco ἀπαρτηθῆναι, quae tamen vox vi apta caret. Non magis iuvat ἐπαρτηθῆναι, id quod Reimarus prius proposuit interpretatus „antequam imminerent". Quae notio in solo participio perfecti huius verbi nonnumquam invenitur, ita ut habeas κίνδυνος ἐπηρτημένος impendens periculum, s. κακὰ ἐπηρτημένα. Itaque de aoristo dubia est res. ἀπαρχθῆναι autem ab eodem postmodo commendatum, id quod per significationem optime quadrat, nusquam legitur, quoniam ἀπάρχεσθαι verbi aoristi forma est ἀπάρξασθαι. Restat igitur Wesselingii

Idem Atheniensibus decori fuisse Pericles laudat (Thuc. II, 40, 2):

. . . . βλάβην ἡγούμενοι . . . . μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. —

Quoniam pleraque quae memoranda videntur esse in hac contione, debentur Periclis epitaphio, forsan ne ea quidem, quae haud multo infra (c. 41, § 4) apud Thucydidem leguntur de Atheniensibus praedicata

. . πᾶσαν μὲν θάλατταν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι —

Dionem fugerint, cum narrantem faceret Antonium a Caesare totam Galliam Romanorum imperio subactam tamque praeclare esse constitutam

ὥστε (c. 42, § 3) *καὶ ἐπιβατὴν ἀπ' αὐτῶν καὶ τὴν Κελτικὴν καὶ τὴν Βρεττανίαν ποιῆσαι.* — *

Denique laudaverim haec Cassiana (c. 37, § 2):

δύναιντο δ' ἂν καὶ ἐλεγχθῆναί ποτε ἐς τὸ κακογενὲς ὑπὸ τοῦ συμφύτου — *

quibus orator cum nobilem ortum Caesaris in virtutibus numeret, homines humili loco natos saepissime toto habitu suo atque moribus naturam insitam denudare monet.

Observes similem sententiam in Thebanorum verbis (Thuc. III, 64, 4):

ἃ δὲ ἡ φύσις ἀεὶ ἐβούλετο, ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθὲς — quibus Plataeenses arguunt quod et superiore aetate et hoc bello cum Atheniensibus fecerint, quamvis eos deceat ab illorum partibus stare.

ἀπαρτισθῆναι. Atque *ἀπαρτίζειν* a posterioris aetatis scriptoribus Graecis eodem sensu adhiberi atque *ἀποτελεῖν* testatur Moeris Atticista exemplisque comprobat Lobeckius ad Phryn. 447, quae hic repetere supersedeo. Haec autem notio et sententiae convenit et confirmari videtur loci Thuc. collati verbis q. s. . . . *πρὶν ἐφ' ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν.*

Antoniana longe breviorem Dio composuit eam laudationem, quam refert de rostris Iuliis apud Romanorum plebem esse recitatam a Tiberio, cum pompa funebris imperatoris Caesaris Augusti per urbem procedens in foro substitisset. Quae legitur l. LVI, cc. 35—41. Atque pauciora etiam quam in illa in hac scribenda Cassius sibi vindicavit Thucydidea. Sed in huius quoque prooemio Dio e Pericleo mutuatus est universum sententiarum colorem eumque talem, quo orator de se potius et eis qui audiunt quam de proposito ipso verba faciat. Perpauca tantummodo licet in medium producere, quorum et dictio et sententia Thucydidi debeatur. Quae videamus singula.

c. 35, § 1 Tiberius profitetur non sua sponte se oratorem exsistere, sed a senatu evocatum:

* *ἐπειδὴ δὲ καὶ δημοσίας τρόπον τινὰ φωνῆς ἡ γερουσία καλῶς ποιοῦσα ἠξίωσεν αὐτὸν, οἶδα μὲν … ἐπιτραπεὶς.* —

Morem veterem invitum se sequi similiter pronuntiat Pericles (Thuc. c. 35, § 3):

ἐπειδὴ δὲ τοῖς πάλαι οὕτως ἐδοκιμάσθη ταῦτα καλῶς ἔχειν, χρὴ καὶ ἐμὲ ἑπόμενον τῷ νόμῳ πειρᾶσθαι . . . —

§ 2 apud Dionem sequitur inde a verbis q. s. *οὐ μέντοι καὶ θαῤῥεῖν ἔχω* praemunitio quae dicitur, quam habes in Periclis prooemio § 2, qua uterque orator studet declarare quam anceps subierit negotium. Verbis autem utuntur tam diversis, ut nil nisi eundem sensum apud utrumque subesse possit statui.[1]) Immemorem vero Thucydidis Dionem non fuisse ex

* verbis apparet q. s. *τῆς ὑμετέρας περὶ αὐτοῦ βουλήσεως* — quibuscum contendas Periclea (§ 3):

χρή με . . . πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν[2]) *ὡς ἐπὶ πλεῖστον.*

---

[1]) Sunt verba Dionis: *οὐ μέντοι καὶ θαῤῥεῖν ἔχω ὡς οὐ πολὺ καταδεέστερος καὶ τῆς ὑμετέρας περὶ αὐτοῦ βουλήσεως καὶ τῆς ἐκείνου ἀξιώσεως ὤν.*
Thucydidis sententiam dico hanc: *χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν* . . e. s. q.

[2]) Haec verba Krahner (Philol. X, p. 442/43) ita intellegit: „eure Meinung zu gewinnen, d. h. eure Auffassung, soweit sie von der meinigen abweicht, nach der meinigen umzugestalten.“ Quae explicatio reicienda mihi videtur esse propter usum verbi *τυγχάνειν*. Ex eo qui pendet genitivus, semper significat id, quod quis petivit (ein erstrebtes Ziel), sive hoc expressum est notione concreta quam dicunt, ut *στέφανος*, sive abstracta, ut *γάμος* vel simile quid. Itaque *τυχεῖν τῆς βουλήσεως καὶ*

Haec iterum — ut ei in more esse vidimus — expressit Cassius § 5:

οὐ . . δέδοικα μὴ . . . ἐμοῦ . . καταγνῶτε, ὅτι μὴ δύναμαι τῆς ἐπιθυμίας ὑμῶν τυχεῖν. — —

Praemunitionem diversam sequi iubent sententiarum seriem oratores nisi quod in eis quae statim sequuntur Tiberianis (§ 3):

ἀλλ' εἰ μὲν ἐν ἀλλοτρίοις τισὶ λέξειν ἔμελλον, σφόδρα ἂν ἐφοβούμην . . . νῦν δὲ δὴ παραμυθεῖταί με ὅτι παρ' ὑμῖν τοῖς πάντα . . αὐτὰ ἀκριβῶς εἰδόσι . . . τοὺς λόγους ποιήσομαι — *

iterum habes Thucydidea supra (pag. 45) laudata (III, 53, 4): *ἀγνῶτες μὲν γὰρ ὄντες* . . . e. q. s.

Ceterum Pericles disputat de difficultate satisfaciendi auditoribus et consciis et insciis, Tiberius opportune sibi accidere dicit, quod apud eos faciat verba, qui quaecunque attingat non ignorent. Thucydidis memoriae in his Dio non indulsit. Solum id possis in communibus habere, quod uterque confitetur rerum gnaris non solere satisfacere quae orator praedicet.[1])

Eis vero, quae proxima sunt Tiberii modo laudata (§ 5):

οὐ . . . δέδοικα μὴ . . . τῷ ὑπερβάλλοντι ὑμᾶς τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ φθονήσητε . . . — quorum qui est sensus repetitur § 6:

(πάντες ἐθελονταὶ τῶν νικητηρίων αὐτῷ παραχωρεῖτε) οὐχ ὅτι οὐδεὶς ἂν ὑμῶν ἐξισωθείη οἱ φθονοῦντες —

amplexus est Dio iterum Periclea s. l. (pag. 77)

διὰ φθόνον[2]), *εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι* —

δόξης valet „eure Meinung und Wunsch als Ziel erreichen, d. h. sie treffen." — Conferas quae laudavi Cassiana § 5: *ὅτι μὴ δύναμαι τῆς ἐπιθυμίας ὑμῶν τυχεῖν.* — Adde XLIV, 36, 3: *χαλεπόν ἐστι τῆς διανοίας ὑμῶν τυχεῖν.*

1) Thuc.: *ὁ . . . ξυνειδὼς . . νομίσειεν ἂν . . ἐνδεεστέρως δηλοῦσθαι.*

Dio: *ἐξ ὧν σύνιστε . . . τοῖς λόγοις βοηθήσετε, ἀναπληροῦντες* . . .

2) Praecedunt haec: *ὅ τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι (νομίσειεν ἄν), διὰ φθόνον.* — Verba *διὰ φθόνον* Poppo refert ad *πλεονάζεσθαι* ita ut deleat post hoc verbum signum interpungendi. Forsan auctor ei exstiterit Sallustius in coniur. Catil. c. 3, 2 totum locum Thucydidis imitatus. Qui tamen priora aliter vertit: „ . . . dehinc quia plerique quae delicta reprehenderis malevolentia et invidia dicta putant . . ." Non igitur licet ad eum provocare. Nam *πλεονάζειν διὰ φθόνον* —

et — τῷ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν[1]) φθονοῦντες . . ἀπιστοῦσιν. — —

Hactenus de prooemio. Praeterea haec proferam.

c. 37, § 4 Tiberius postquam pauca de Augusti rebus bello gestis dixit, pergit:

* καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς πολέμους . . . ἔργα αὐτοῦ τί ἄν τις μακρηγοροίη . . .;

Veterum Atheniensium merita bellica quoniam nota sint audientibus, silentio se praeteriturum esse declarat eisdem fere verbis Pericles

(Thuc. II, 36, 4): ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα ... μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος ἐάσω. — —

Perorationem incipit Tiberius a verbis q. s.

* (c. 41, § 1) εἴρηκα, ὦ Κυιρῖται, τὰ μέγιστα καὶ ἐκπρεπέστατα —

cum Pericles (II, 42, 2) eis, quae dixit in honorem urbis, in quibus mortuorum gloria posita sit, addat haec:

εἴρηται αὐτῆς (sc. τῆς εὐλογίας) τὰ μέγιστα. —

---

invidia commotum supra modum laudare — etsi per se cogitari potest, nostro loco pugnat cum sententiarum conexu. Neque enim de oratoris, sed de audientium invidia dici manifesto comprobatur enuntiatis quae sequuntur. Praeterea respice concinnitatem qua dicit Pericles sententia ineunte ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς — ita ut posteriore parte voci ξυνειδὼς respondeat ἄπειρος, adiectivo εὔνους verba διὰ φθόνον. Adde quod de auditorum invidia sermo est etiam apud Dionem imitatorem l. l.

[1]) Verba τῷ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν varium in modum possunt explicari, id quod accurate exposuit Poppo ed. min. adn. ad l. Itaque supersedeam omnes enucleandi rationes deinceps enumerare, quarum quaeque per se potest admitti, et commendaverim Dionis loco laud. commotus eam, qua accipiamus αὐτῶν pro genit. partitivo qui vocatur referendum ad ἔπαινοι, verbum autem ὑπερβάλλοντι absolute positum esse putemus notione q. e „das gewöhnliche Mass überschreitend“ (id quod non concordant loci Thuc. et Cass.). Respondent igitur inter se

(μὴ) τῷ ὑμᾶς ὑπερβάλλοντι τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ φθονήσητε — apud Cassium —

τῷ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες — apud Thucyd. —

De vi intransitiva verbi ὑπερβάλλειν conferas

Thuc. VI, 23, 1: ἢν ἔλθωμεν . . . ὑπερβάλλοντες τοῖς πᾶσι, . . . μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσόμεθα . . . — VII, 67, 4: . . . ὑπερβαλλόντων . . αὐτοῖς τῶν κακῶν . . . —

De quaestione quam tractavi vide etiam Litschium l. l. p. 37 adn

Verbis quae leguntur c. 37, § 7:

. . τοῖς νεωτέροις διδασκαλίαν ἀκριβῆ τοῦ τε τρόπου καὶ τῆς καταστάσεως τῆς πολιτείας παρέξει — *

Tiberius monet non frustra quaecunque ad potentiam imperii constituendam Augustus instauraverit se esse persecuturum.

Similem causam Pericles affert, qua commotus priusquam ad laudem mortuorum transeat, copiosius de moribus atque constitutione publica Atheniensium sit dicturus.

(II, 36, 4) *μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο . . . ταῦτα δηλώσας . . εἶμι . . ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον . . ., νομίζων . . . τὸν πάντα ὅμιλον . . . ξύμφορον εἶναι αὐτῶν ἐπακοῦσαι.* —

Eodem capite § 3 orator laudat rationem tollendi adversarios qua Augustus usus sit, cum Lepidum, Antonium, alios seditionis duces impugnaret:

τοὺς . . ἰσχύοντας καὶ αὐτῷ τῷ ἄστει ἐπικειμένους προσλαβὼν κατεπολέμησε μετ' αὐτῶν τοὺς ἑτέρους . . . — *

Eundem modum in opprimendis sociis ab Atheniensibus adhiberi diversis verbis Mytilenaeorum legati exponunt apud Lacedaemoniorum sociorumque concilium Olympiacum in ea oratione, qua quod ab Atheniensibus desciverint se purgare student.

(Thuc. III, 11, 3): *. . . τὰ κράτιστα ἐπὶ . . τοὺς ὑποδεεστέρους πρώτους ξυνεπῆγον.* — —

Accedamus iam ad orationes breviores, quibus Dio ante pugnam Actiacam et Octavianum et Antonium militum animos facit inflammantem.

Quae leguntur l. L cc. 16—22 et 24—30.

Itidem Thucydidem constat compluries exercituum adversariorum duces apud suos ante pugnam contionantes facere. Habes adhortationes eiusmodi l. II, cc. 87 et 89 (Lacedaemoniorum duces et Phormio Atheniensis); l. IV, cc. 92 et 95 (Pagondas Thebanus et Hippocrates Atheniensis); l. VII, cc. 61—64 et 66—68 (Nicias Ath. et Gylippus Spartiates).

Priorem autem locum teneat Octaviani oratiuncula. In ea legis c. 29, 2:

> *τί . . . ὄφελος τοῖς ἀπ' αὐτῶν* (sc. *νεῶν ὑψηλῶν καὶ παχειῶν*) *μαχομένοις γένοιτο μήτε διεκπλεῖν μήτε περιπλεῖν, ἅπερ που ναυμαχίας ἔργα ἐστὶ, δυναμένοις;* —

quibus ille demonstraturus est navigia Aegyptiorum propter magnitudinem et lignorum crassitudinem inhabiliora esse quam ut possint suis periculosa fieri.

Simili oratione apud Thuc. II, 89, 8 ante proelium navale in sinu Corinthiaco commissum Phormio suos de loci angustiis monet:

> *διέκπλοι τε οὐκ εἰσὶν οὐδὲ ἀναστροφαί, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν ἔργα ἐστὶν.* — —

Paulo infra (§ 11) idem milites iubet meminisse magnam partem eorum quibuscum tum dimicandum sit, a se iam antea esse victos.[1]) Perorat autem sic:

> *ἡσσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὁμοῖαι εἶναι.*

Eandem Octavianus facit admonitionem[2]) eadem apposita sententia — verbis tamen diversis (c. 30, 2):

> *ἄλλως τε γὰρ φύσει πᾶν τὸ ἀνθρώπειον, ὅταν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλῇ, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ ἀθυμότερον γίγνεται.*

Conferas etiam Niciae adhortationem (Thuc. VII, 61, 2), quae fortasse et ipsa Dioni obversata est:

---

[1]) *ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλούς.*

[2]) c. 30, 1: *τί δεῖ . . . περὶ αὐτῶν διατρίβειν, ὁπότε πολλάκις ἤδη πειραθέντες σφῶν . . παντοχοῦ κρείττους ἐγενόμεθα;*

ἀθυμεῖν δὲ οὐ χρὴ οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἵ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες ἔπειτα διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς συμφοραῖς ἔχουσιν.[1]) —

Atque suos — sic pergit Octavianus — praeter controversiam pugna terrestri illis praevalere ita, ut superiores sint evasuri, etiamsi illi nullam antea cladem accepissent.

καὶ ταῦθ' οὕτω (§ 3) *καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἴσασιν ὥστε, οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι ὑμᾶς ὅσα ἀκήκοα, ἀθυμεῖν τε ἐπὶ τοῖς ἤδη γεγονόσι καὶ ἀπογιγνώσκειν κατὰ χώραν μένοντας σωθήσεσθαι, καὶ διὰ ταῦτα διαδρᾶναί τέ πῃ ἐπιχειρεῖν, καὶ τὸν ἔκπλουν τοῦτον οὐχ ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν ἀλλ' ὡς ἐς φυγὴν ποιεῖσθαι.* *

Reminisceris verba Gylippi Spartiatae, qui ante pugnam navalem ad Syracusas commissam qua Atheniensium exercitum funditus esse deletum Thucydides prodit, suos simillime cohortatur

(Thuc. VII, 67, 4): *τὸ δ' ἀληθέστατον γνῶτε, ἐξ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύσθαι· ὑπερβαλλόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν κακῶν καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον ἢ τύχης ἀποκινδυνεῦσαι οὕτως ὅπως δύνανται, ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν ἢ κατὰ γῆν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἂν πράξαντες χεῖρον.* — —

His statim addam locutionem quae legitur c. 28, 4:

πάντας αὐτοὺς (sc. *Ταυρίσκους καὶ Ἰάπυδας καὶ Δελμάτας* . . .) *καίτοι πολεμικωτάτους ὁμολογουμένως ὄντας ἐχειρώσασθε* —

quam Thucydideam esse iam veteres statuerunt editores, cf. VI, 90, 3:

πολλοὺς . . βαρβάρους μισθωσάμενοι καὶ Ἴβηρας καὶ ἄλλους τῶν ἐκεῖ ὁμολογουμένως νῦν μαχιμωτάτους[2]) (sc. *ἠλπίζομεν . . καταπολεμήσειν*) *

(quae Alcibiades apud Lacedaemonios contionatur). —

---

[1]) Saepius Dio quoque hac sententia videtur usus esse, cf. fragm. 56, 6: *τὸ ἅπαξ προσπταῖσαν πρός τινας ἀεί τε δυσωπεῖταί σφας καὶ θαρρεῖν οὐκέτι τολμᾷ.*

[2]) *βαρβάρων* post *νῦν* traditum Bekkerus recte expunxisse mihi ipsi quoque videtur.

His, quae Dio aperte, ut arbitror, e Thucydide mutuatus est, addiderim pauca, de quibus minus certa res esse videtur.

c. 28, 6 Octavianus copias Antonii Aegyptiacas despicit:

ἐγὼ μὲν καὶ αἰσχύνομαι ὅτι πρὸς τοιούτους ἀνθρώπους ἀγωνίζεσθαι μέλλομεν, ὧν καὶ κρατήσαντες οὐκ εὐδοκιμήσομεν καὶ ἡττηθέντες ἀσχημονήσομεν.

Contendas cum his Niciae verba in contione supra (pag. 37 adn.) laud. haec (Thuc. VI, 11, 1):

ἀνόητον δ' ἐπὶ τοιούτους ἰέναι ὧν κρατήσας τε μὴ κατασχήσει τις καὶ μὴ κατορθώσας μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ καὶ πρὶν ἐπιχειρῆσαι ἔσται. — —

Eodem capite § 2 orator militibus proponit qualem quantamque praedam lucraturi sint ex opibus Aegyptiorum ingentibus.

* *ὑπὲρ . . τῶν μεγίστων ἄθλων μεγίστους καὶ τοὺς ἀγῶνας ἄξιόν ἐστι ποιεῖσθαι.*

Forsan Dionis cum hanc sententiam excogitaret, duae Thucydideae memoriam tenuerint, quarum altera est in fine epitaphii Periclei, quo spondet orator futurum esse, ut liberi occisorum publice alantur donec adoleverint, qua re proponat civitas et his et illis coronam illustrissimam. (c. 46, 1):

ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσιν —

alteram eloquitur idem in oratione s. l. (pag. 20), qua Atheniensibus suadet, ne quidquam Lacedaemoniis concedant; sic enim fore ut minus ipsi premantur (Thuc. I, 144, 3)

ἔκ τε τῶν μεγίστων κινδύνων . . καὶ πόλει καὶ ἰδιώτῃ μέγισται τιμαὶ περιγίγνονται. — —

Denique c. 27, 9 Octavianus de eis Romanis, qui in Antonii exercitu stipendia merebant, verba facit in hunc modum:

* *(συχνοὶ . . πρὸς ἡμᾶς μεθίστανται. . . .) μέχρι μὲν γὰρ πλουτήσειν ἀκινδύνως ἤλπιζον, καὶ μάλα ἄσμενοί τινες αὐτῷ συνῆσαν· μάχεσθαι δὲ δὴ . . . οὐκ ἐθελήσουσιν.*

Similia Nicias rebus in Sicilia male gestis de suo exercitu ad Athenienses scribit

(Thuc. VII, 13, 2): *οἱ δὲ θεράποντες . . . αὐτομολοῦσι, καὶ οἱ ξένοι οἱ μὲν . . . οἱ δὲ ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ τὸ πρῶτον ἐπαρθέντες καὶ οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι* — (sc. *ἀπέρχονται*).

Cum Octavianus initio adhortationis suae milites ipsorum dignitatem gloriamque commonefaciat proponatque summae ignominiae illis futurum esse, si Aegyptiorum reginae cedere cogantur, Antonius vehementer gloriatus de opum militumque multitudine quibus sit instructus, suas virtutes praedicat. Leguntur vero et alia et haec:

(c. 17, 4) . . . *τοιαύτῃ μὲν φύσει τοιαύτῃ δὲ καὶ παιδείᾳ κέχρημαι ὥστε καὶ γνῶναι πάντα τὰ προσήκοντα καὶ εἰπεῖν ῥᾷστα δύνασθαι.* *

Memineris Periclis verba (Thuc. II, 60, 5), quae his paulo aliter Dio reddidit, iam supra (pag. 48) laudata. — —

Itaque non solum totius apparatus praestantia, sed etiam virtutibus imperatoris suos esse superiores.

τὰ δὲ δὴ πολλὰ (c. 18, 4) *τῶν ἄμεινον παρεσκευασμένων καὶ αἱ νῖκαι γίγνονται.*

Eandem sententiam eisdem fere verbis expressam deprehendis apud Thucydidem II, 87, 6, ubi Lacedaemoniorum duces milites cohortantur:

τὰ δὲ πολλὰ τῶν πλειόνων καὶ ἄμεινον παρεσκευασμένων τὸ κράτος ἐστὶν.[1]) — —

c. 22, 2 Antonius postquam multa de Octaviani consiliis disputavit, inflammat suos his:

οὕτω . . καὶ ὑμᾶς, οὓς οὐδ' αὐτὸς ἀρνεῖται μὴ οὐκ ἐχθροὺς καὶ ἐχθίστους γε ἡγεῖσθαι — (scr. *χρὴ . . συνάρασθαι*) —

quibus in suum usum Dio convertit Thucydidea quae leguntur VII, 68, 2:

ὡς δὲ ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε . . . —

(Gylippus Spartiates Lacedaemonios et Sicilienses contra Athenienses incitat.) — —

Eodem capite Dionis § 4 exstant haec:

ὡς οὖν ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὁμοίως ἀγωνιούμενοι . . . σπουδάσωμεν — *

ad quae conferas Niciae admonitionem (Thuc. VII, 64, 2) hanc:

ὥστε ἐν ἑνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων[2]) *ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε.* — —

---

[1]) cf. etiam Dionis frgm. 43, 11: . . *διδάσκων αὐτοὺς ὅτι καὶ αἱ νῖκαι τοῖς ἄμεινον παρεσκευασμένοις γίγνοιντο.*

[2]) Kruegerus perperam *ἀμφοτέρων* accepisse mihi videtur pro neutro interpretatus: „für eure eigene Freiheit und Athens Unabhängigkeit“,

Paulo supra (§ 3) Antonius iterum laudat eximium Aegyptiorum ornatum militarem ita ut addat:

* *αἴσχιστον .. τοσούτους καὶ τοιούτους ὄντας ... παρὸν καὶ ἐκείνοις τὴν ἐλευθερίαν παρασχεῖν* (sc. Octaviani copiis) *συνδουλεῦσαι μᾶλλον αὐτοῖς ἐθελῆσαι.*

Verbis mutatis similem sensum exprimit Hermocrates contionis s. l. hoc loco:

(Thuc. IV, 61, 5): *οὐ τοῖς ἄρχειν βουλομένοις μέμφομαι* (dicit Athenienses), *ἀλλὰ τοῖς ὑπακούειν ἑτοιμοτέροις οὖσιν.* — —

Capitis quod praecedit § 4 Antonius suos ne monet, ne Octaviani machinationibus perturbati discordiam inter se fieri sinant.

οὐ γὰρ ἀγνοεῖ γε ὅτι ὁμοφρονούντων μὲν ἡμῶν καὶ καθ' ἓν πάντα πραττόντων οὐδαμῇ οὐδαμῶς κρείττων ἂν γένοιτο, διενεχθέντων δὲ ... τάχα ἂν κρατήσειε.

Audias eundem Hermocratem Siciliensibus commendantem, ut adversus Athenienses consentiant (Thuc. VI, 79, 3):

* *οὐ γάρ, ἢν ἡμεῖς συστῶμεν πάντες, δεινή ἐστιν,* (sc. *ἡ παρασκευὴ Ἀθηναίων*), *ἀλλ' ἤν, ὅπερ οὗτοι σπεύδουσι, τἀναντία διαστῶμεν.*

Thucydideis q. s. *ὅπερ οὗτοι σπεύδουσι* respondent quodammodo apud Cassium quae exstant § 3: .. *ἵνα ἡμᾶς στασιάσας συγκρούσῃ καὶ ... ἀσθενεστέρους ποιήσῃ.*

---

quae notiones licet ex universo sententiarum colore possint elici, minus tamen apertis verbis significatae sunt quam ut liceat ad eas referre pronomen. Nam in antecedentibus manifesta distinctione secernuntur: *οἱ μὲν ἂν ὑπὸ Συρακοσίοις .. γίγνοισθε ..., οἱ δ' ἐκεῖ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις.* Itaque per se ipsum offertur pronominis *ἀμφοτέρων* masculum genus, quo significentur et ii, qui hic (in Sicilia = *οἱ μὲν*) et ii, qui domi (*οἱ δὲ*) sint.

Neque apud Dionem *ἀμφοτέρων* non intellegendum est pro masculino, ita ut spectet ad eos de quibus paulo supra dixit Antonius: *ὁ μὲν καὶ ὑμῶν* (sc. *Αἰγυπτίων*) *μοναρχῆσαι ἐπιθυμεῖ, ἐγὼ δὲ καὶ ἐκείνους* (sc. qui Octaviani imperio parent) *ἐλευθερῶσαι βούλομαι.*

In Ciceronis ea oratione, quae legitur l XLV, cc. 18—47, qua vehementissimis maledictis in Antonium maxime sibi invisum invehitur, perpauca reperiuntur quae ad rem nostram spectent. Duas tantummodo sententias licet usurpare manifesto Thucydidi debitas, quarum altera c. 42, 5

(*ἤτοι ἑκὼν . . . ἐφ' ὑμῖν ἑαυτὸν ποιήσεται*) *ἢ καὶ ἄκων ἐκ μιᾶς μάχης ἁλώσεται* —

orator eam contionis partem concludit, quam tribuit opum infirmitati demonstrandae Antonii. Memor autem fuit Dio orationis saepius laud. (Thuc. I, 120—124) Corinthiorum, qui c. 121 de probabilitate suae sociorumque de Atheniensibus victoriae dicunt.

(§ 4): *μιᾷ τε νίκῃ ναυμαχίας κατὰ τὸ εἰκὸς ἁλίσκονται.*

Alteram habes in eadem parte (§ 2):

καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἀντωνίου τῶν τε συνόντων αὐτῷ τοιαῦτα ὄντα εὑρίσκεται· τὰ δὲ δὴ Καίσαρος . . . *

qua sibi vindicavit scriptor verba Periclis ante bellum ineundum Lacedaemoniorum opes examinando persecuti haec (Thuc. I, 143, 3):

καὶ τὰ μὲν Πελοποννησίων ἔμοιγε τοιαῦτα καὶ παραπλήσια δοκεῖ εἶναι· τὰ δὲ ἡμέτερα . . . —

Praeterea vero afferre liceat haec.

c. 37, 6 Cicero satis diu versatus in describenda gloriae cupiditate nunquam fere non cum dolo coniuncta, qua cum alii tum Antonius quae sibi proposuerint assequi studeant, de eisdem addit verba q. s.

(*καὶ προσέτι καὶ τὰ τετολμημένα τισὶν οἱ ἐπιγιγνόμενοι νικᾶν ἀεὶ ἐθέλουσιν*), *τὸ μὲν ὅμοιον ὡς καὶ σμικρὸν ἐκ τοῦ προπεπρᾶχθαι νομίζοντες,*[1]) *τὸ δὲ ἄτοπον ὡς καὶ μόνον σφῶν ἄξιον ἐκ τοῦ παραδόξου προαιρούμενοι.* *

---

[1]) In structura q. e. *τὸ ὅμοιον ὡς καὶ σμικρὸν . . . νομίζοντες* iam olim haeserunt Reiskius, Sturzius, Bekkerus, neque possum equidem in ea acquiescere quamvis Dindorfio et Melbero auctoritatem librorum secutis probata. Neutra tamen emendandi ratio a Reiskio commendata placet, nam et *νομίζοντες* nimis audacter mutet quis in *μισοῦντες* et voculos *ὡς καὶ* ànte *σμικρὸν* positas ne eiciendas esse iudicemus, impedit concinnitas membrorum qua scripta sunt

τὸ μὲν ὅμοιον ὡς καὶ σμικρὸν . . . νομίζοντες —
τὸ δὲ ἄτοπον ὡς καὶ μόνον . . ἄξιον . . προαιρούμενοι.

Egomet usum verbi *νομίζειν* quantum fieri potuit perscrutatus nullum

Quae qui attente legat, haud scio an reminiscatur haec Cleonea (Thuc. III, 38, 5):

δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθότων —

quibus Atheniensium studium novarum rerum castigatur. —

Paulo infra (c. 40, 5) idem Cleon civibus gravissimam in Mytilenaeos poenam commendat:

τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι (sc. — ut schol. explicat — *ᾗ ἂν ἐτιμωρήσαντο καὶ αὐτοὶ ὑμᾶς, περιγενόμενοι ὑμῶν*) —

Eadem eisdem esse vindicanda Cicero quoque monet his ad Antonium referendis:

(c. 44, 3) *ἀνάγκη τὸν τοιοῦτον αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις, οἶσπερ ὑμᾶς ἀδικεῖν ἐτόλμησε, καὶ κολασθῆναι.* —

Quos modo laudavi locos, propterea quodam iure asciscere mihi visus sum, quod si non verba, attamen sensum duxerunt ex Cleonis illa contione notissima, qua uberrime Dionem usum esse e multis supra allatis cognovimus.

Restant perpauca.

c. 18, 3 — ineunte oratione — Cicero ubi de subito suo Athenis reditu rationem reddidit, generalem in modum boni civis officia laudat his verbis:

νομίζω γὰρ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ὁμοίως[1]) *ἔργον εἶναι*

---

indagavi exemplum, quo structura ea comprobetur, ut secum habeat accusativum duplicem ita ut ad alterum appositum sit *ὡς*. Participium enim et hoc verbum et similia — nisi legitimo usu coniuncta sunt cum infinitivo — sequitur seu omissa particula *ὡς* seu apposita.

cf. Herod. II, 1: *Καμβύσης Ἴωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλους πατρωΐους ἐόντας ἐνόμιζεν.*

Aesch. Agam. 677 (Weckl.): *λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας.*

Soph. Phil. 415 (Dindf.): *ὡς μηκέτ᾽ ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει.*

Aut igitur debebis inserere participium *ὂν* post *μικρὸν*, quod facillime potuit excidere — qua tamen ratione et ipsa concinnitas nonnihil turbatur — aut cum Bekkero mutare in *ἀτιμάζοντες*, cuius partes forsan meliore amplectaris causa Thucydidea voce *ὑπερόπται* motus. — Artiorem sic fieri oppositionem *ἀτιμάζοντες* — *προαιρούμενοι* similem Thucydideae *δοῦλοι* — *ὑπερόπται* concedes.

Μόνων autem statim in sequentibus traditum cum Sturzio in *μόνον* mutari necessarium videtur esse propter eandem oppositionem, qua sensus efficiatur: aequa repudiantes — inaudita sola sibi proponentes.

[1]) *ὁμοίως* olim a Reiskio ita tentatum, ut inutile esse iudicaret nisi

τοῖς τε τῆς πατρίδος συμφέρουσι τηρεῖν ἑαυτὸν . . . κἂν τούτῳ μηδὲν ἐλλείπειν τῶν προσηκόντων μήτε λέγοντα μήτε πράττοντα . . . —

Similiter contionatur Nicias (Thuc. VI, 9, 2):

. . . νομίζων ὁμοίως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι ὃς ἂν καὶ τοῦ σώματός τι καὶ τῆς οὐσίας προνοῆται · μάλιστα γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος καὶ τὰ τῆς πόλεως δι᾽ ἑαυτὸν βούλοιτο ὀρθοῦσθαι. —

c. 24, 6 orator arbitraria agendi ratione, qua per totum consulatum usus sit Antonius, castigata explicat culpam eorum quae ab illo peccata sint, minime licere civibus imponere.

οὐδὲ γὰρ ἂν στρατηγὸς ἢ καὶ πρεσβευτής τις αἱρεθεὶς μηδὲν τῶν δεόντων δράσῃ, τούτου τὴν αἰτίαν ὑμεῖς οἱ πέμψαντες αὐτοὺς ἕξετε.

Audias quibus usi verbis Plataeenses rationem eorum quae eis exprobrantur, reddendam iniungant sociis (Thuc. III, 55, 4):

ἃ δὲ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε τοῖς συμμάχοις, οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι εἴ τι μὴ καλῶς ἐδρᾶτο,[2] *ἀλλ᾽ οἱ ἄγοντες ἐπὶ τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα.* — —

---

praemitteretur *παντὸς*, servatur et Sturzii explicatione, qui monuit id pertinere ad sequentes particulas *τε — καὶ*, et Thucydidis loco allato. Ac vice versa apud hunc eandem vocem *ὁμοίως*, quam Bauerus in *ὅμως* mutari iussit, tuentur cum Popponis causae, quas explicavit ed. ma. III, 4. p. 37 — tum Dionis imitatio.

[2]) Codicum scripturam *ἐδρᾶτε* primus Reiskius mutavit in *ἐδρᾶτο*. Et eum secuti et nisi grammatici in Bekkeri Anecd. p. 143 auctoritate *ἐδρᾶτο* ediderunt Poppo, Boehme, Classen, Stahl. Quorum supersedeo ceteras causas afferre, quibus mihi dilucidis forsan liceat adiungere formam qua usus Dio eandem sententiam usurpat.

Postquam Cicero conviciorum finem fecerit, Qu. Fufium Calenum legimus surrexisse, non minus ut Antonium seque ipsum ab illo insolentissime perstrictos defenderet quam ut Ciceroni vice versa crimina obiceret acerrima. Continetur vero eius oratio libri XLVI capitibus 1—28.

Atque incipit a verbis q. s.

* *ἄλλως μὲν οὐδὲν οὔτε . . . ἀπολογήσασθαι οὔτε . . καθάψασθαι ἐδεόμην . — ἐπειδὴ δὲ οὗτος τόν τε Ἀντώνιον κακῶς . . . λέγειν ἐπεχείρησεν, . . . καὶ προσέτι καὶ ἐμοῦ διαβόλως ἐμνημόνευσεν,*[1]) *ὡς οὐκ ἂν ἄλλως τὴν ἑαυτοῦ δεινότητα διαδείξας εἰ μὴ . . . προπηλακίσειε, προσήκει καὶ ἐμοὶ τὰ μὲν ἀπολύσασθαι τὰ δὲ ἀνταιτιάσασθαι,*[2]) *ἵνα μήτε τοῦτον ἥ τε οἰκεία θρασύτης . . . καὶ ἡ ἐμὴ σιωπὴ . . . ὠφελήσῃ μήθ' ὑμεῖς . . χεῖρον βουλεύσησθε . .*

Complura Thucydidea Dionem his expressisse cognosces, si contuleris hos locos:

(III, 61, 1) *τοὺς μὲν λόγους οὐκ ἂν ᾐτησάμεθα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ . . . μὴ ἐπὶ . . τραπόμενοι κατηγορίαν ἐποιήσαντο· . . . νῦν δὲ πρὸς μὲν τὰ ἀντειπεῖν δεῖ, τῶν δὲ ἔλεγχον ποιήσασθαι, ἵνα μήτε ἡ ἡμετέρα αὐτοὺς κακία ὠφελῇ μήτε . . . δόξα, τὸ δ' ἀληθὲς . . . ἀκούσαντες κρίνητε* —

a quibus Thebani initium capiunt contionis s. l. (pag. 49); —

(III, 37, 4) *ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην* —

quae exstant in exordio Cleoneae orationis, quo Atheniensium inconstantiam castigat, qua legibus receptis adversari soleant nimio indulgentes studio publice verba faciendi.

Adde locutionem q. e. *ἵνα (ὅπως) μὴ . . . . χεῖρον βουλεύσησθε (ἀκροάσησθε)*

qua apud Thucydidem causam indicant cur oratores exsistant Athenienses (I, 73, 1), Alcibiades (VI, 89, 1). cf. Diodotum III, 46, 1. — —

[1]) cf. Thuc. VI, 15, 2: *ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη.*

[2]) De hac ratione inchoandae orationis, qua quis adversatur ei qui dixit ante illum, cf. praeterea Thuc. VI, 16, 1 (Alcibiades adversus Niciam): *ἀνάγκη — ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, ἐπειδή μου Νικίας καθήψατο;* VI, 82, 1 (Euphemus adversus Hermocratem): *τοῦ Συρακοσίου καθαψαμένου ἀνάγκη καὶ . . . εἰπεῖν;* I, 37, 1 (Corinthii adversus Corcyraeos): *ἀναγκαῖον Κερκυραίων τῶνδε . . τὸν λόγον ποιησαμένων, ὡς . . ἡμεῖς . ἀδικοῦμεν, μνησθέντας πρῶτον καὶ ἡμᾶς . . ἐπὶ . ἄλλον λόγον ἰέναι, ἵνα . . .* —

c. 2, 1 Calenus declarat qua de causa sibi respondendum sit Ciceroni. Hoc solum illum oratione sua egisse, ut cives omissa de salute reipublicae cura iterum seditionem ac discordiam concitent.

τοῦτο γὰρ οὐ νῦν πρῶτον ποιεῖ, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς ... (ταράττων διατετέλεκεν). *

Thuc. VI, 38, 1 Athenagoras Siciliensis Hermocratem et qui cum eo faciebant, incusat quod cum ipsorum commodo discordiae intestinae auctores fiant rumoribus de Atheniensium adventu dilatis.

(§ 2) *ταῦτα .. ἐνθένδε ἄνδρες .. λογοποιοῦσιν, οὓς ἐγὼ οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἀεὶ ἐπίσταμαι .. λόγοις τοιοῖσδε ... βουλομένους καταπλήξαντας .. πλῆθος .. αὐτοὺς ἄρχειν.* —

c. 19 orator Antonii defensor acerrimus exsistens exponit eum, ubi Caesarem supra rempublicam se efferre cognoverit, eis ipsis quibus maxime gratiam Caesaris sibi parere visus sit, effecisse ne is ea, quae animo iam destinasset — nimirum quibus paulatim Romanorum evaderet rex — exsequeretur. Rem enim sic Antonium instituisse, ut Romani dignitatem regiam illi offerre visi sint sua sponte. Quo factum esse, ut Caesar obstupefieret et suspicione caperetur. Optimo igitur consilio Lupercalium pompam eum delegisse

ἵν' ὁ Καῖσαρ (§ 4) *ἐν .. τῷ ἀνειμένῳ τῆς γνώμης ... ἀσφαλῶς σωφρονισθῇ.* *

Praebuit hoc dicendi genus Dioni Thucydides, apud quem (V, 9, 6) Brasidas suos cum moneat de neglegentia et securitate Cleonis militum, cohortatur ad eos opprimendos

ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῶν τῆς γνώμης[1]) *καὶ πρὶν ξυνταθῆναι μᾶλλον τὴν δόξαν.* — —

c. 27 Calenus ubi Ciceronem increpare desiit, cives quid

---

[1]) Haec verba Thucydidea melius verti „in der Ungebundenheit, Sorglosigkeit ihres Sinnes" quam cum Boehmio „in der Schlaffheit, Verschwommenheit ihrer Stimmung" apparere videtur et ex eis quae paulo supra Thuc. narrat — c. 7, 3: *ἐς μάχην μὲν γὰρ οὐδὲ ἤλπισέν οἱ ἐπεξιέναι οὐδένα* (sc. *Κλέων*), *κατὰ θέαν δὲ μᾶλλον ἔφη ἀναβαίνειν τοῦ χωρίου* —; § 5: *ἀπιέναι τε ἐνόμιζεν, ὁπόταν βούληται, ἀμαχεὶ* — et e Dionis imitatione, apud quem quoniam l. l. sermo est de Lupercalibus, verba quae excitavi eaque quae statim sequuntur: *καὶ ἐν τῷ παιγνιώδει τῶν γιγνομένων* vertenda sunt: „bei der Ungebundenheit, Ausgelassenheit der allgemeinen Stimmung und bei der Scherzhaftigkeit der Vorgänge."

suo arbitrio de republica fieri oporteat docet. Atque imprimis id spectandum esse, ut ei qui in armis tum sint contra rempublicam et duces et milites, civiliter atque amice tractentur.

* τοῦτο γὰρ (§ 4) καὶ δίκαιον καὶ συμφέρον ἡμῖν ἐστι μήτε ἐπειχθῆναι μήτε προπετῶς τι πρᾶξαι, ἀλλ' ἐπισχεῖν, καὶ καιρόν τινα καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις καὶ τοῖς στρατιώταις ἐς τὸ μετανοῆσαι δόντας ἔπειτα ... προστάξαι —

Conferas ad horum posteriora Diodoti Mytilenaeorum patroni verba q. s. (Thuc. III, 46, 1)

(οὐ χρὴ) ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστᾶσιν ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι —,

cum dictione quae est initio sententiae Cassianae, Cleon contrarium Caleni agendi modum commendet, quo qui desciverant gravissime puniantur:

(Th. III, 40, 4) τά τε δίκαια ἐς Μυτιληναίους καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε.

Quae restant apud Dionem contiones, tam pauca praebent ad rem nostram pertinentia, ut operae pretium non esse videatur earum cuique peculiarem tribuere particulam. Continua igitur oratione quae laudanda sunt proferam.

Incipiam a Caesaris ea oratiuncula apud senatum habita qua depellere studet Romanorum metum ne, cum rebus bello gestis potentiam et auctoritatem summam adeptus sit, dignitatem expetat regiam. Quae legitur l. XLIII, cc. 15—18.

Atque c. 18, 4 Caesar maiora tributa civibus se impositurum esse monet cum omnium emolumento, imprimis autem hoc bono fore rei militari; armis enim semper opus esse

καὶ ἡ περιουσία τῶν χρημάτων καὶ ἐκεῖνα ἰσχυρῶς ὠφελεῖ ..

Similia sunt quae Archidamus Lacedaemoniorum rex statuit loco orationis quae legitur Thuc. I, 80—85 eo, quo qui belli Atheniensibus indicendi nimis studiosi erant, eis adversatus ostendit hostibus praesto esse permultorum tributa sociorum; bellum non magis esse armorum

ἀλλὰ (c. 83, 1) *δαπάνης, δι' ἣν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ*[1]).

Adde Pericleae s. l. (I, 140—144) contionis hanc sententiam:

(141, 5) *αἱ δὲ περιουσίαι*[2]) *τοὺς πολέμους μᾶλλον ἢ αἱ βίαιοι ἐσφοραὶ ἀνέχουσιν.* —

Paulo supra apud Dionem (§ 3) orator de eisdem tributis exigendis dicit haec:

ὥστε τὸ μὲν ἐπίφθονον τῆς ἐσπράξεως αὐτὸς ἀνεδεξάμην, τῆς δ' ὠφελίας κοινῇ πάντες ἀπολαύσετε —

---

[1]) Haec Thucydidea recte se habere omnes consentiunt neque opus esse cum Poppone *ὠφελεῖται* scribi — quam coniecturam olim factam (cf. ed. ma. III, 1, p. 449) ipse postmodo reiecit. Animadvertas qua forma Dio eandem expresserit sententiam.

[2]) Noli Dione auctore inserenda putare post *περιουσίαι* verba *τῶν χρημάτων,* quamvis et anonym. quidam (apud Bekkerum Anecd. I, p. 399) et Suidas et Zonaras lexicographus s. v. *ἀνέχειν* exemplo Thucydideo allato exhibeant haec: *αἱ περιουσίαι τῶν χρημάτων τοὺς πολέμους ἀνέχουσιν.* Scimus enim illos auctoribus usos esse veteribus grammaticis Thucydidis explicandi studiosis. Qui facillime poterant moveri, ut ad *περιουσίαι* ascriberent *τῶν χρημάτων* ea re, quod compluribus locis Thuc. (I, 7, 1; II, 13, 2) legitur *χρημάτων περιουσία.* Neque vero non reperitur sola vox *περιουσία* eadem notione (I, 8, 3; V, 103, 1; VIII, 45, 2). Atque Dionis imitatio minus ad verbum est facta quam ut ea quis nisus Thucydidis verba corrigat.

quae haud scio an scripta sint ad exemplum Thucydidis, qui (III, 14, 1) Mytilenaeos postquam petiverunt, ut in Lacedaemoniorum societatem reciperentur, hanc causam subicientes facit:

ἴδιον μὲν τὸν κίνδυνον τῶν σωμάτων παραβαλλομένους (sc. *μὴ προῆσθε ἡμᾶς*), *κοινὴν δὲ τὴν ἐκ τοῦ κατορθῶσαι ὠφελίαν ἅπασι δώσοντας.* —

c. 17, 6 Caesar civium salutem sibi curae spondet futuram esse verbis q. s.

* (*ἐγὼ ὡς παίδων ὑμῶν ἐπιμελήσομαι*) . . . *τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀγάλλων, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπανορθῶν* . . . —

Eadem apud Thucydidem II, 87, 9 Lacedaemoniorum duces pollicentur:

(*ἢν δέ τις . . βουληθῇ* — sc. *κακὸς γενέσθαι* — *κολασθήσεται τῇ πρεπούσῃ ζημίᾳ· οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμήσονται τοῖς προσήκουσιν ἄθλοις τῆς ἀρετῆς.* — —

Ex ea contione, quam Dio fingit a Caesare apud milites esse habitam, cum partem eorum Placentiae rebellionem instaurare comperisset, quae exstat l. XLI, cc. 27—35, duos laudaverim locos, quorum quin alterum (c. 30, 1)

οὕτω τῶν πλεονεξιῶν οὐ συμμετέχοντες αὐτοῖς (sc. *τοῖς στασιάσασι*) *τῶν ἐγκλημάτων τὸ ἴσον φερόμεθα*

Dio debeat Thucydidi, non dubito. Legitur apud eum I, 39, 3, ubi Athenienses a Corinthiis moneri scriptor narrat, ne Corcyraeis subsidium ferant:

τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε. —

De altero possis dubitare; eandem tamen uterque exprimit sententiam. Contendas ea q. s.

οὐ . . νομίζω (c. 33, 3) . . . *ἂν σωτήριόν τι γενέσθαι ποτέ, εἰ τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν τινι κρατεῖν αὐτοῦ ἐπιχειρήσειε* —

cum Thucydideis his (V, 91, 1):

(*οὐ . . οἱ ἄρχοντες ἄλλων . . . δεινοὶ τοῖς νικηθεῖσιν*), . . . *ἀλλ' ἢν οἱ ὑπήκοοί που τῶν ἀρξάντων αὐτοὶ ἐπιθέμενοι κρατήσωσι* —

quae inveniuntur in disceptatione Atheniensium et Meliorum. —

l. XXXVIII, c. 29, 4 in fine colloquii, quod fuisse inter Ciceronem et Philiscum quendam legimus, cum ille ex civitate pulsus in Macedoniam se contulisset, exstat haec sententia:

οἱ γὰρ δυναστείας ἐρῶντες παρ' οὐδὲν πάντα τἄλλα πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν βούλονται τίθενται, ἀλλὰ καὶ τοὺς φιλτάτους καὶ τοὺς συγγενεστάτους πολλάκις ἀντὶ τῶν ἐχθίστων ἀντικαταλλάσσονται. *

(Monet Philiscus Ciceronem, ne nimiam spem ponat in amicis magnae auctoritatis, quos multos Romae habere videatur. Nam ex eorum auxilio nil fructus eum capturum esse, quoniam cum ipsi sint potentiae cupidissimi, amicitiam simulent.)

Paululum mutasse atque in brevius contraxisse Dio mihi videtur verba Corinthiorum (Thuc. I, 41, 2 et 3), quibus docent se ab Atheniensium partibus stetisse etiam ante bella Persarum, cum non solum non nocuissent eis auxilio Samiis lato, sed etiam navibus contra Aeginetas missis adiutores exstitissent; id quod eo pluris aestimandum esse, quod

ἐν καιροῖς τοιούτοις ἐγένετο, οἷς μάλιστα ἄνθρωποι ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς σφετέρους ἰόντες τῶν πάντων ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν[1]· φίλον τε γὰρ ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα, ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ, πολέμιόν τε τὸν ἀντιστάντα, ἢν καὶ τύχῃ φίλος ὤν . . . —

Sermo imperatoris Augusti cum Livia uxore habitus, quo illa coniugis animum insidiis continuis sollicitatum permulcere studet (l. LV, cc. 14—21), hanc Liviae admonitionem praebet (c. 14, 8):

. . . φυλακὴν ποιοῦ, ἵνα αὐτὴν (sc. τὴν μοναρχίαν) μὴ ἐκ τοῦ σφόδρα κολάζειν τινὰς ἀλλ' ἐκ τοῦ σφόδρα φυλάσσειν ἀσφαλῶς ἔχωμεν.

Genus dicendi mutuatus est Dio e Thucydide, qui (III, 46, 6) Diodotum de tractandis sociis sic facit contionantem:

---

[1]) Collatis Cassianis πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν βούλονται Thucydidea παρὰ τὸ νικᾶν non cum Stahlio accipiamus pro „praeter vincendi studium" — quae vis insuper perperam infertur in verbum νικᾶν solum positum — sed interpretemur „prae" s. „comparata cum vincendo" — id quod omnes ceteri fecerunt.

χρὴ . . . τοὺς . ἀφισταμένους οὐ σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι σφόδρα φυλάσσειν. — —

De eis, quae paulo supra (§ 7) leguntur:

. . . οὐ μὴν ἀλλ' ἔν τε τῇ φύσει αὐτῶν καθάπερ τι καὶ ἄλλο ἔνεστι, . . . · οὐδεὶς γὰρ οὔτε νόμος οὔτε φόβος κρείττων τῶν φύσει πεφυκότων γίγνεται —

quibus Livia hominum dominandi cupiditatem excusat — iterum conferas Diodoti doctrinas supra (pag. 36) laudatas. —

In Augusti oratione bipartita apud cives habita et maritos et caelibes, qua hi acriter vituperantur, illi coronantur summa laude (l. LVI, cc. 2—3 et 4—9), ad Thucydidis memoriam referenda esse mihi videntur haec.

c. 9, 2 Augustus alteram civium partem hortatus, ut uxoribus ducendis liberisque procreandis saluti reipublicae providerent, addit verba q. s.

ἵνα . . . ἀλλήλοις ὁμιλῶμεν — πάντα . . ἐκ τοῦ ἴσου παραβαλλόμενοι . . —

Reminiscaris Periclem in oratione funebri idem praecipere eis ex civium numero, quibus per aetatem liceat (II, 44, 3):

οὐ γὰρ οἷόν τε ἴσον τι ἢ δίκαιον βουλεύεσθαι οἳ ἂν μὴ καὶ παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι κινδυνεύωσιν. — —

c. 5, 3 imperator caelibes criminatur, quod civitatem eis privent, ex quibus sit composita.

ἄνθρωποι γάρ που πόλις ἐστίν, ἀλλ' οὐκ οἰκίαι οὐδὲ στοαὶ οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί.

Deprompsit hanc sententiam Dio e Niciae oratiuncula ea (Thuc. VII, 77), qua consolatus suos de rebus in Sicilia infeliciter gestis cohortatur, ut saltem se ipsum quisque contendat patriae reddere; sic enim fieri posse, ut urbis potentia restituatur.

ἄνδρες γὰρ πόλις (§ 7), *καὶ οὐ τείχη οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.* —

l. LXII, c. 9, 1 in cohortatione Paulini, Romanorum ducis, qua militum animos adversus Britannos inflammaturus est, legis hoc dictum:

αἰσχρὸν . . ἐστιν ὑμῖν, ἃ μικρῷ πρόσθεν ὑπ' ἀρετῆς ἐκτήσασθε, νῦν ἀκλεῶς ἀπολέσαι —

*

id quod haud scio an Dio excogitaverit memor illius Thucydidei ex Corinthiorum illa oratione (I, 120—124) saepissime laud.:

(c. 123, 1) *οὐ γὰρ δίκαιον ἃ τῇ ἀπορίᾳ ἐκτήθη τῇ περιουσίᾳ ἀπολέσθαι.* —

c. 11, 3 idem Paulinus certam victoriae spem exprimit.

. . . ἔγωγε νικήσειν ἡμᾶς ἐλπίζω καὶ τῇ παρὰ τῶν θεῶν *
συμμαχίᾳ, τοῖς γὰρ ἀδικουμένοις ὡς τὸ πολὺ συναίρονται.

Verbis aliquantum mutatis eadem Melii cum Atheniensibus de deditione agentes affirmant (Thuc. V, 104).

. . πιστεύομεν τῇ μὲν τύχῃ ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα —

quae Dioni forsan obversata sint. —

Romanorum adversarii Britanni et ipsi priusquam pugnam ineant, a regina Boudicca ad virtutem incitantur.

l. LXII, c. 4. 2 habes haec:

τοιγαροῦν νῆσον τηλικαύτην, μᾶλλον δὲ ἤπειρον τρόπον τινὰ περίῤῥυτον νεμόμενοι καὶ ἰδίαν οἰκουμένην ἔχοντες . . . κατεφρονήθημεν . . . ἀλλὰ . . νῦν . ., ὦ πολῖται καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, πάντας γὰρ ὑμᾶς συγγενεῖς, ἅτε καὶ μιᾶς νήσου οἰκήτορας ὄντας καὶ ἓν ὄνομα κοινὸν κεκτημένους . . . τὰ προσήκοντα πράξωμεν.

Audiamus Hermocratem Siciliensibus concordiam intestinam reconciliaturum. (Thuc. IV, 64, 3)

οὐδὲν . . αἰσχρὸν οἰκείους οἰκείων ἡσσᾶσθαι, . . . τό τε ξύμπαν γείτονας ὄντας καὶ ξυνοίκους μιᾶς χώρας καὶ περιῤῥύτου καὶ ὄνομα ἓν κεκλημένους[1]) *Σικελιώτας* . . —

l. LXXI, cc. 24—26 Dio imperatorem M. Aurelium militum alacritatem facit accendentem contra Cassium, qui ab eo defecerat.

c. 24, 3 sunt verba haec:

ἐπεὶ δὲ δημοσίᾳ τε ἀπόστασις, μᾶλλον δὲ ἐπανάστασις γέγονε —

quae scriptor excogitavit ad exemplum Thucydidis, apud quem Cleon de Mytilenaeis dicit

---

[1]) Dione auctore nullo iure apud Thucydidem vocem *κεκλημένους* sollicitari iam adnotavit Goeller. Vide Matth. Gr. Gr. § 420 adn. 2b).

(III, 39, 2): *τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν . . . ;* — —

l. XXXVI, c. 27, 5 A. Gabinius tribunus plebis cum de virtutibus Pompei verba faciat, haec inserit:

ἅπερ που σπανιώτατα ἂν τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ συμβαίη — in quibus scribendis forsan Dionis memoriam tenuerit hic locus Thucydideus (I, 33, 2):

ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα πάντα ξυνέβη — (praecedunt ineunte paragrapho *τίς εὐπραξία σπανιωτέρα*).

(Corcyraeorum legati exponunt quanto commodo Atheniensibus suae civitatis societas sit futura). — —

Denique Thucydidea sibi vindicavit Dio l. LXXIV, c. 9, 3:

. . . *ἁλώσῃ . . τῇ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις φήμῃ, ἧς ἐς ἀίδιον μνήμη καταλελείψεται,*[1]) —

quibus verbis Cassius Clemens senator imperatorem Septimium Severum monet, ne ad nimiam adversus cives licentiam procedat.

Memineris Periclea illa quae exstant in contione s. l. (II, 64, 3):

γνῶτε αὐτὴν (sc. *τὴν πόλιν*) . . . *δύναμιν μεγίστην . . . κεκτημένην, ἧς ἐς ἀίδιον τοῖς ἐπιγιγνομένοις . . . μνήμη καταλελείψεται.* — —

---

[1]) Quoniam hanc sententiam verbotenus, ut vides, Dio e Thucydide exscripsit, non dubitavi ipse quoque cum Sturzio traditam futuri formam *καταλείψεται* nonnumquam quidem inventam, in universum tamen inusitatam in *καταλελείψεται* Thucydideam mutare. cf. Xen. An. 2, 4, 5; Ω 742; Eurip. Or. 1041; Hipp. 324.

Iam quoniam de Dionis contionibus diximus, quae quidem integrae servatae sint, hoc unum videtur reliquum esse, ut ex fragmentis quae spectent ad propositum nostrum excitemus. Quae si pertractaveris, Dionem cognosces historiae suae priorem quoque partem, quae quod aetatem non tulit dolendum est, orationibus ornasse Thucydidisque vestigiis in eis elaborandis esse ingressum. Quod unde appareat videamus.

fragm. 33, 1 et 2 leguntur haec:

ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη φύσις οὐκ ἐθέλει ἑαυτῆς πρὸς τὰς ἀπειλὰς ἐξίστασθαι, ἀλλ' ἢ δέους τινὸς ἀνάγκῃ ἢ θάρσους ὕβρει ἀπειρίας τε θρασύτητι καὶ ἐξουσίας προπετείᾳ ἢ καθ' ἑτέραν τινὰ συντυχίαν ... ἁμαρτάνειν ἀναπείθει — *

quae pertinent ad orationem quandam a Rullo senatore habitam.

Totam sententiarum seriem exscripsit Dio e Diodotea contione, quae praebet (Thuc. III, 45, 4) haec:

ἡ μὲν πενία ἀνάγκῃ τὴν τόλμαν παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία ὕβρει τὴν πλεονεξίαν καὶ φρονήματι, αἱ δ' ἄλλαι συντυχίαι ὀργὴν[1]) *[τῶν ἀνθρώπων] ... ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους* — et § 7 illa saepius laud.: *ἁπλῶς . . ἀδύνατον ... τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης ... ἀποτροπὴν . . ἔχειν ἢ νόμων ἰσχύι ἢ ἄλλῳ τῳ δεινῷ.*

fragm. 54, 4 in contione ad Lentulum facta (cf. § 5) invenitur sententia q. e.

ὅτι αἰσχρόν ἐστι πρὸς τὰ ἔργα πρὸ τῶν λόγων τῶν περὶ αὐτῶν χωρεῖν — *

quam Dio commentus esse mihi videtur memor illius laudis qua Pericles Athenienses ornat

(Thuc. II, 40, 2) . . *οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην*

---

1) *ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων* exhibent libri. Dolendum est quod Dio quamvis manifesto hunc Thucydidis locum in suum usum converterit, tamen minus ad verbum eum secutus est quam ut possis quid lucrari ex illo ad explananda huius verba, quorum structura sunt quibus offensionem praebuerit. De coniecturis Stahlii (qui scripsit *ὀργὴν* et expunxit *τῶν ἀνθρ.*) et Classeni (qui *τὸν ἄνθρωπον* legendum censet) vide huius adn. ad l. et Jahrb. 1868, p. 106.

ἡγούμενοι (sc. *κρίνομεν*), *ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν.*

§ 5 habes haec:

* *.. οὐχ ὁμοίως ἐνταυθοῖ τε περὶ τῶν τοῦ πολέμου πραγμάτων λέγεται καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις πράττεται —*

quibus haud scio an reddere voluerit scriptor Corinthiorum verba q. s. (Thuc. I, 120, 5)

ἐνθυμεῖται γὰρ οὐδεὶς ὁμοίᾳ[1]) *τῇ πίστει καὶ ἔργῳ ἐπεξέρχεται.*[2])

Quae vero exstant § 1 eiusdem fragmenti:

* *ὅτι πέφυκε πᾶν τὸ ἀνθρώπειον δεσπόζειν τε ἐπιθυμεῖν τῶν ὑπεικόντων —*

ad ea conferas quo dicto Hermocrates Atheniensium dominandi cupiditatem defendat

(Thuc. IV, 61, 5): *πέφυκε γὰρ τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν .. τοῦ εἴκοντος.*[3]) — —

fragm. **43**, **11** in oratiuncula Claudii eandem sententiarum seriem deprehendis atque in Corinthiorum contione modo laud. (Thuc. I, 121, 4).

Atque scribit Dio:

διδάσκων ... ὅτι ἡ σφετέρα ἀρετὴ πολὺ τῆς τῶν ἐναντίων τέχνης προέχουσα εἴη· ἑαυτοὺς μὲν γὰρ τὴν ἐπιστήμην τῶν ναυτικῶν δι' ὀλίγου προσλήψεσθαι, τοῖς δὲ δὴ Καρχηδονίοις μηδέποτε τὴν ἀνδρείαν ἐκ τοῦ ἴσου σφίσιν ὑπάρξειν ἔφη· τὸ μὲν γὰρ κτητὸν διὰ βραχέος τοῖς τὸν νοῦν αὐτῷ προσέχουσι καὶ καθαιρετὸν μελέτῃ εἶναι, τὸ δὲ εἰ μὴ φύσει τῳ προσείη, οὐκ ἂν διδαχῇ πορισθῆναι —

cum apud Thucydidem haec legamus:

(*μιᾷ τε νίκῃ ναυμαχίας κατὰ τὸ εἰκὸς ἁλίσκονται*)· *εἰ δ'*

---

[1]) Vocem *ὁμοίᾳ* a Reiskio e librorum lectione *ὅμοια* s. *ὁμοῖα* correctam aptissimum efficere sensum concedes. Singulis causis, quas attulit Classen (adn. ad. l.) ad commendandam emendationem Reiskianam, forsan addere liceat rationem loquendi qua usus est Dio imitator.

[2]) cf. etiam haec Periclea: ... *εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας.*

[3]) Audiamus etiam ipsos Athenienses cum Meliis disputantes (Thuc. V, 105, 2): *ἡγούμεθα ... τὸ ἀνθρώπειον .. διὰ παντὸς ὑπὸ φύσεως ἀναγκαίας, οὗ ἂν κρατῇ, ἄρχειν.*

ἀντίσχοιεν, μελετήσομεν καὶ ἡμεῖς ἐν πλέονι χρόνῳ τὰ ναυτικά, καὶ ὅταν τὴν ἐπιστήμην ἐς τὸ ἴσον καταστήσωμεν, τῇ γε εὐψυχίᾳ δήπου περιεσόμεθα· ὃ γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν φύσει ἀγαθόν, ἐκείνοις οὐκ ἂν γένοιτο διδαχῇ, ὃ δ' ἐκεῖνοι ἐπιστήμῃ προύχουσι, καθαιρετέον[1]) *ἡμῖν ἐστι μελέτῃ.*

Neminem credo negare Dionem totam quam laudavi partem ad exemplum Thucydidis composuisse. —

Ultimum vero totius disputationis locum concedam sententiae quae exstat fragm. 54, 7, huic:

αἱ μὲν . . εὐπραγίαι σφάλλουσιν ἔστιν ὅτε τοὺς ἀπερισκέπτως τι δἰ αὐτὰς ἐλπίσαντας ὡς καὶ αὖθις κρατήσοντας . . . —

ad quam Stahlius comparari iubet verba Demosthenis milites cohortantis q. s.

(Thuc. IV, 10, 1) *μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾷδε ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι . . . μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις* <*ὡς*> *καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος.*[2])

---

[1]) Concinnitate periodi quae est inde a verbis *ὃ γὰρ ἡμεῖς* . . usque ad finem commendari mihi videtur non modo notio verbi *καθαιρεῖν* q. e. „erringen, erreichen" — quam exemplis comprobaverunt Classenius et Stahlius; cf. Herod. VII, 50, 2; Eur. Suppl. 749 — sed etiam mutatio formae *καθαιρετέον* plurimis codicibus servatae in *καθαιρετὸν* a Dindorfio proposita. (cf. editionis Dionis vol. I, pag. XV). Sic enim stricta efficitur oppositio haec: „Was wir von Natur als Vorzug haben, das können sie sich durch Belehrung nicht aneignen; was sie aber an Fertigkeit voraushaben, das können wir durch Uebung erlangen." — Reicio igitur vim superandi quam statuerunt Goeller, Boehme, Krueger. Formam vero *καθαιρετὸν* Schoenio teste (cf. eius editionem librorum I et II pag. 126 not. crit.) inter codices is praebet, cui signum „C" a Bekkero inditum est, quem optimum e libris Thucydideis esse constat.

De tota autem oppositione necnon de scribenda forma *καθαιρετὸν* vide Dionis imitatoris locum laudatum.

[2]) cf. Stahlium in Popponis ed. min. adn. ad l. et Jahrb. 1870, p. 325. — Liceatne hic cogitare de imitatione consulto facta equidem multum dubito. Concedo tamen probabili nisum causa Herwerdenum (stud. Thuc. p. 123) post *ἐναντίοις* voculam *ὡς* inseruisse neque nego ex similitudine locorum quos contendit, etsi non credimus Thucydidem Dioni esse obversatum, hoc lucri posse effici, ut quodammodo confirmetur eius emendatio.

Tabula argumenti.


Index locorum qui inter se comparati sunt.


Loci, quorum lectio tradita comparatione sive fulcitur sive emendatur sive explanatur.

Vita.

Natus sum Ernestus Bruno Kybnitzsch Lipsiae, in qua urbe totam adhuc degi aetatem, a. d. XVIII. Kal. Mai. anni h. s. duodeseptuagesimi patre Wigando, quem cum puer undecim essem annorum, nimis mature diem supremum obiisse maximopere doleo, matre Carolina de gente Gebhardtiorum Zeulenrodensi adhuc superstite. Fidem profiteor evangelicam. Postquam litterarum rudimentis imbutus sum discipulus scholarum civilium quas vocant primae et tertiae, inde a mense Aprili anni h. s. undeoctogesimi per novem annos adii gymnasium Nicolaitanum, cui praeerant Theodorus Vogel et post eum Carolus Mayhoff. Maturitatis testimonio ornatus per duodecim menses stipendia merui. Quibus peractis inter alumnos almae matris Lipsiensis receptus studiis philologicis me dedi. Docuerunt me viri doctissimi de Bahder, Brockhaus, Brugmann, Buresch, Elster, Heinze, Hofmann, Lamprecht, Lipsius, Paul, Ratzel, Ribbeck, Richter, Schreiber, Sievers, Wachsmuth, Wundt, Ed. Zarncke, Fr. Zarncke. Proseminarii phil. Regii per tria semestria sodalis fui moderantibus Wachsmuthio, Lipsio, Bureschio; per idem temporis spatium seminarii praesidibus Lipsio, Ribbeckio, Wachsmuthio. Eidem ad societates benigne me admiserunt. Atque interfui Wachsmuthianae exercitationibus per sex menses, Ribbeckianae per unum annum, Lipsianae per quinque semestria. Praeterea duodeviginti menses sodalibus seminarii theodisci Reg. extraordinariis fui ascriptus, quod regebant Fr. Zarncke et de Bahder.

Omnibus his praeceptoribus semper gratiam habebo ex intimo, maxime Lipsio, Ribbeckio, Wachsmuthio, piis manibus Fr. Zarnckii, e quorum et scholis et exercitationibus summum cepi fructum. Nunquam autem non sincera fide colam qui studia mea liberalissime fovit, Lipsium.




WIDENER
WIDENER
MAY 2 3 2004
SEP 1 0 2004
CANCELLED
BOOK DUE

